



NAZIONALE
8
43 A
29
CENTRALE V. E. II
ROMA



EXAMEN SIVE ITINERARIVM ORDINANDORVM,

Tam ordinandis, quàm ordinatis apprimè necessarium.

Ex Scriptura Diuina, Sacris Canonibus ac Concilijs, & præcipuè Tridentino desumptum à

R. D. MARTINO CARILLO, Vniuersitatis Cæsaraugustæ olim Decreti ordinario interprete, nunc Canonico Metrop. Sedis Cæsaraugustæ.

Accedit breue MEMORIALE *sciendorum à Clericis, & Confessarijs, editum iussu Illustriss. Reuer. D.* ALEXANDRI *S. R. E. Card.* LVDOVISII, *Arch. Bonon. qui postea fuit Papa Gregorius XV.*

Cornelio Francesco

20

COLONIÆ, Apud Ioannem Kinckium, sub Monocerote.

Anno M. DC. XXIX.





Licentia & Approbatio.

EGo Ioannes Sentis Prior Congregationis S. Annæ ciuitatis Barcinonensis, & Vicarius in Spirit. generalis, Illustriss. Excellentiss. Don Petri Manriquez Dei gratia & S. Sedis Apost. Archiepisc. Cæsar Augustani, Regis Catholici Consiliarii, &c. concedo vt imprimatur Itinerarium Ordinandorum iam quinto editum cum additionibus, auctore R. D. Doct. Martino Carillo, Canonico Ecclesiæ Cæsar Augustanæ, quod contineat doctrinam vtilem valde pro instructione Ecclesiasticorum, & nihil orthodoxæ fidei contrarium, aut bonis moribus. Datæ in vrbe Cæsar Augustana 1. die Augusti 1614.

D. Io: Sentis
Vicarius generalis.

Antonius Caporta
Notarius.

Sesse Regens.

INDEX CAPITVM EXAminis siue Itinerarij ordinandorum,

SECTIONIS PRIMÆ

SECTIONIS SECVNDÆ

SECTIONIS TERTIÆ

Cap. 5.

Cap.

INDEX.

SECTIONIS NONÆ.

SECTIONIS DECIMÆ

MEMORIALE SCIENDORVM à CLERICIS.

MEMORIALE SCIENDORVM à CONFESSARIIS.

Memo-

INDEX.



EX LIBRO R. P. GISBERTI SCHEVICHAVII, è Soc. Iesu, de vita, moribus & officiis Ecclesiastic. cap. 4. lib. 1.

De Clerici perfectione ex nomine & primæuo instituto.

Docet id S. Hieronym. epistola 2. *ad Nepot. cap.* 5. *& habetur* 12. *q.* 1. *cap.* 4. Clericus, *inquit*, qui Christi seruit Ecclesiæ, interpretetur primũ vocabulũ suũ, & nominis definitione prolatâ, nitatur esse quod dicitur, si enim κλῆρος græcè, sors latinè appellatur: propterea vocantur Clerici, vel quia de sorte sunt Domini, vel quia ipse Dominus sors, id est, pars Clericorum est. Qui autem vel ipse pars Domini est, vel Dominũ partem habet: talem se exhibere debet, vt & ipse possideat Dominum, & possideatur à Domino. Qui Dominum possidet, & cum Propheta dicit Psalm. 15. vers. 5. Pars mea Dominus: nihil extra Dominum habere potest. Quod si aliud quippiam habuerit præter Dominum, si argentum, si possessiones, si variam suppellectilem: cum istis partibus, Dominus pars eius fieri non dignabitur. Si autem ego pars Domini sum, & funiculus hæreditatis eius

non

non accipio partes inter cæteras tribus, sed quasi Leuita & Sacerdos viuo de decimis, & altari seruiens, altaris oblatione sustentor, habens victum & vestitum, his contẽtus ero, & nudam crucem nudus sequar. Obsecro itaque te & repetens iterum iterumque monebo, ne officium clericatus genus antiquæ militiæ putes, id est, ne lucra sæculi in Christi quæras militia: ne plus habeas, quam quando clericus esse cœpisti. & dicatur tibi (*Hieron. 12. secundum 70.*) Cleri eorum non proderunt eis: Nonnulli enim sunt ditiores monachi, quam fuerant sæculares, & Clerici qui possideant opes sub Christo paupere, quas sub locuplete & fallace diabolo non habuerunt, vt suspiret eos Ecclesia diuites, quos mundus tenuit ante mendicos. *Ergo ex S. Hieronymi sententia veri perfectique Clerici sunt, qui ab Ecclesia* habentes alimenta, & quibus tegantur, his contenti sunt. 1. Tom. 6. v. 8. *& omne tempus studiumque suum in diuinum cultum ac proximorum salutem conferunt. Consentit prorsus cum B. Hieronymo* D. Ambrosius *Episcopus & ipse Ecclesiæ Doctor* l. de fuga Sæculi cap. 2. & habetur 12. quæst. 1. cap. 6. Cui Deus, *inquit*, portio est, nihil debet

bet curare nisi Deum, ne alterius impediatur necessitatis munere. Quod enim ad alia officia confertur, hoc religionis cultui, atque huic nostro officio decerpitur. Hæc enim vera est Sacerdotis fuga, abdicatio domesticorum, & quædam alienatio carissimorum, vt suis se abneget, qui seruire Deo gestit. Fugitans est suorum, sacri altaris eius minister: vnde Dominus quasi princeps sacerdotum formam Leuitis in Euangelio dans suo, dixit Matth. 12. vers. 48. Quæ est mater mea, aut qui sunt fratres mei? Hoc est, non agnosco matrem, non recognosco fratres, ignoro proximos. Mater mea & fratres mei ij sunt, qui audiunt verbum Dei & faciunt: solum ergo verbum Dei nouit minister, cum eos nouit, in quibus operatur verbum Dei. *Cum his & congruit Sanctus Isidorus Hispalensis Episcopus l. 2. de ecclesiasticis officijs cap.* 1. Oportet, *inquit*, qui Deum hæreditate possident, absque vllo impedimento sæculi, Deo seruire studeant, & pauperes spiritu esse contendant, vt congruè illud Psalmistæ dicere possint: Dominus pars hæreditatis meæ. S. Epiph. ad Ioannem Ierosolymitanum Episcopum, *in eo omnes*

mones

monet ex nomine Clericos: oportebat nos, dilectiſſime, Clericatus honore non abuti in ſuperbiam, ſed cuſtodia mandatorum Dei, & obſeruatione diligentiſſima hoc eſſe quod dicimur.

Et paulo poſt de nomine Canonici, ex S. Iuone Carnotenſi Epiſcopo, decretorum collectore, Epiſt. 202. Canonici appellati eſtis, quod Canonicas regulas vos velle obſeruare cæteris arctius deuouiſtis. *Hi Canonici olim Apoſtolicam duxêre vitam, vnde & Apoſtolicus ordo dictus eſt. Seruabant enim quod primi Chriſtiani, de quibus* S. Lucas Actor. 2. v. 44. & 45. Omnes etiam qui credebant, erant pariter & habebant omnia communia. Poſſeſſiones & ſubſtantias vendebant, & diuidebant illa omnibus prout cuique opus erat.

Ex libr. 3. cap. 1. de perfect. virt. pag. 526. vult Apoſtolus Tit. 1. v. 8. Vt ſit *ſanctus*, id eſt, *purus, innocens, honeſtus clericus*, quam ſanctitatem in Ordinis Sacramento accipiunt, gratiam nimirum iuſtificantem, & ea à Deo adiumenta, quibus & in gratia eadem perſeuerare, & Eccleſiæ munia ritè decenter & ſanctè obire poſſit 1. *Tim.* 4. *v.* 14. 2. *Tim.* 1. *v.* 7. vbi *Theodoret. Oecumen. Theophyl.* clariſſime pronunciant:

in

in Ordinatione S. Spiritus dari gratiam quæ piis studiis & oratione foucnda sit, sicut oleo fouetur ignis, &c.

S. Paulus Apostolus 2. *Tim.* 1. *v.* 6. 7. Propter quam causam admoneo te, vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum. Non enim dedit nobis spiritum timoris, sed virtutis & dilectionis & sobrietatis.

Plura vide de Sacerdotij dignitate, Instruct. & virtutibus, &c. in libro R. P. *Scheuichauij, è Soc. Iesu.*

Ritus deuote celebrandi & Meditationes pro Sacerdotibus, ante & post missam, &c. habes in directorio Sacerdotali edito Coloniæ.



ITINERARII ORDINANDORVM.

SECTIO PRIMA.



QVIBVS Virtutum ornamentis, quaue gloria integritatis, & famæ, præstare debeant sacris initiandi, tanti officij celsitudo ostendit: cum Sacerdotij institutio eò tendat, vt conficiendi sacrificiũ altaris potestatem habeat: in quo vnigenitus Dei filius, æterno Patri, pro salute humani generis victimatur. *cau. perlectis, versic. ad Præsbyterum.* 25. *distin. cap.* 1. §. *vna vero de summa* Trin. Inde fit, vt Sacerdotes, & dignitate, & doctrina præstantes, & virtute spectabiles esse deceat: & sicut igne aurum pu-

A rum

rum, & purgatum manere palam est: ita virtute, & doctrina purgatos Ecclesia desiderat Sacerdotes, *can. de ijs.* 28. *distin. c. & purgabit.* 50. *dist. can. o. Propheta.* 80. *can. Sacerdotes.* 90. *cum 2. seqq. & can. neq; potest.* 95. 1. *q* 1. *can* 1. §. *Sacerdos itaq; de pœnit. dist.* 6. Ac proinde plurima conuenire ad suscipiēdos sacros ordines sancti Patres decreuerunt, & relictis antiquorum, & veterum exemplaribus, docet D. Paulus, 1. *ad. Timoth.* 3. & 5. & Leo Papa primus, *Epistola* 81. *can. hi quoscumque* 44. 1. *quæst.* 1. *can. si qui* 81. *distin.* & in Constantinopolitana Synodo, *can.* 33. Item Innocentij tertij extat determinatio. refertur *tot. tit. de scrutinio in ord. facien.* Concilij Nannetensis eadem ferme mens fuit: vt quando Episcopus ordinationes suas facere disponit, eligere debeat Sacerdotes & alios prudentes viros, gnaros diuinæ legis exercitatosq; in sanctionibus ecclesiasticis; qui ordinando-

rum

rum vitam,genus, patriam, ætatē, institutionem , locum vbi educati sint,an sint bene literati, & instru-cti in lege Dei,ante omnia diligenter inuestigent ,an fidem catholicā firmiter teneant. Cuius Concilij determinatio,non solùm à Gratiano pluribus sui Drcreti locis relata est,verùm etiam à Concil. Trid. *Sess.23.cap.7.*renouata. Idem etiam statuerunt Concil Carthaginense, Eliberitanum , Toletanum, Lateran.& referuntur àGratiano *à 24. distin. vsq.ad cētesimam & tot.tit. de ætat. & qualit.ordin. extra.* Idē etiam nos in hoc Itinerario, iuxta doctrinam supradictorum decretorum in vnum redigere curauimus,vt sic ad dignitatem sacerdotalem (non satis laudibus & præconijs commendatam) hoc Itinerario ordinandi ducti, facilem ac planam inuenire queant viam. Et primo de Fide , Spe , & Charitate,& officijs iustitiæ sequentia notent.

CAP. I. DE FIDE, ET *Symbolo Fidei.*

Heb. 11.



Redere inprimis oportet accedentem ad Deum (inquit Apostolus) qui ergo ad altaris ministeria ingredi et properare, ac ad Domini partem seu sortem accedere; ante omnia opus est, vt fidem catholicā teneat.

Fidei definitio.

Fides ianua nostræ salutis, sine qua Deum inuenire, & inuocare, Deo seruire, & placere, nullus in hac mortali vita potest, est donum Dei, ac lumen, quo illustratus homo, firmiter assentitur omnibus, quæ Deus reuelauit, & nobis per Ecclesiam credenda proposuit, siue scripta illa sint, siue non: cuiusmodi sunt, Deum esse trinum, & vnum, ex nihilo creatum mundum, Deum factum esse hominem, & id genus alia religionis nostræ veneranda mysteria quæ diuinitus sunt reuelata (non humani sensus captu comprehendi aut percipi possunt) non enim spectat fides naturæ ordinem, sed virtute & auctori-

tate

tate diuina nititur: illud planè certũ habens, summam ęternamq; veritatem, quæ Deus est, nec falli posse vnquam, nec fallere. Quamobrem id ei maximè proprium est, vt in captiuitatem redigat omnem intellectum in obsequium Christi, apud quem nõ est difficile, nec impossibile omne verbum. Hæc fides D. Chrysost. teste, lumen est animæ, ostium vitæ, fundamentum salutis æternæ. *2. Corint. 10.*

Fides autem nostra duplex est, scilicet infusa, & acquisita. Jnfusa est, quæ à Deo infunditur homini ad assentiendum his quæ credenda sunt. Acquisita autem est, quæ post iustificationem, vel per audium verbi, vel per visa miracula augescit. Item duplex est fides. Actualis, quæ scilicet se exerit, & exercet, vel ostendit. Habitualis, quæ non se exerit, nisi pro loco, & tempore; vt in dormiente est fides habitualis, sed non actualis. *Fides infusa & acquisita.* *Fides actualis & habitualis.*

Fides alia est mortua, siue informis, & alia viua siue formata. Fides mortua siue informis, est quæ bonis operibus destituitur: quam habet ille qui est in peccato, & de hac loquitur D. Jacobus dicens: fides si non ha- *Fides alia mortua, seu informis.*

Iacobi 2. beat opera, mortua eſt, tex. *in can. ſi enim.* 40 *circa med. de pœnit, diſtin.* 2.

Alia viua, ſeu formata. ·Fides viua ſeu formata eſt, quæ ornata eſt charitate, & quaſi amictu bonorum operum veſtita, de qua intelligitur illud Apoſtoli: *In Chriſto Ieſu neq; circumciſio aliquid valet, neq; præputium: ſed fides quæ per charitatem operatur.* *Ad Gal. 5.*

Summa fidei. *Matt. 28.* *Marc. 11.* Summa fidei eſt ſymbolum Apoſtolorum, quia cum Apoſtoli mandatum accepiſſent, vt in vniuerſum mundum proficiſcerentur, & Euangelium prædicarent omni creaturæ, Chriſtianæ fidei formulam compoſuerunt: vt id ipſum omnes ſentirent, diſcerent & crederent, & ideo dicitur ſymbolũ, id eſt, collatũ & congregatum, quia ex varijs ſententijs, quas ſinguli Apoſtoli in cõmune contulerunt, conflatum fuit, & cõgeſtum, vt ait Catechiſ. Rom. *cap. 1. nu. 2. & 3. 1. par.* quæ ſunt duodecim, iuxta numerum duodecim Apoſtolorum.

Symbolũ Apoſtolorum.

S. PETRVS.

1 Credo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ.

S. IACOBVS MAIOR.

2 Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum

vnicum Dominum nostrum.

S. IOANNES EVANGEL.

3 Qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine.

S. ANDREAS.

4 Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus.

S. PHILIPPVS.

5 Descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis.

S. THOMAS.

6. Ascendit ad cœlos. sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis.

S. BARTHOLOMÆVS.

7. Inde venturus est iudicare viuos & mortuos

S. MATTHÆVS.

8. Credo in Spiritum Sanctum.

S. IACOBVS MINOR.

9. Sanctam Ecclesiam Catholicam. Sanctorum communionem.

S. SIMON.

10 Remissionem peccatorum,

S. IVDAS THADÆVS.

11. Carnis resurrectionem.

S. MATHIAS.

12 Vitam æternam. Amen.

Qui omnes à Catechismo Rom. latissimè explicantur, & breuius ab

Azor. *lib.* 8. *cap.* 5. Sicut nemo vnquam vidit Deum, sic nemo diuinam eius naturam satis explicare potest, in genere tamen, Deus est æterna illa mens, vel substantia spiritualis, qua nihil esse potest nec maius, nec sapientius nec melius; sine initio, sine fine, simplex, sine vlla admixtione, inuisibilis, inæstimabilis, quæ est ipsũ esse. Potest tamen ænigmaticè sic definiri, Deus est spiritus, essentia inuisibilis, omni creaturæ incomprehensibilis: totam vitam, totam sapientiam, totam ęternitatem simul essentialiter possidens: idem ipsa sapientia, ipsa veritas, ipsa iustitia, ipsa æternitas existens, omnem creaturam in se continens.

Deus quid est.

Deus est secundùm essentiam, præsentiam & potentiam vbique & in omnibus creaturis: in ipso enim omnia viuunt, mouentur, & sunt. Secũdùm gratiam autem est in solis electis. *Si quis diligit me*, inquit, *sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum. & ad eum veniemus, & mansionẽ apud eum faciemus*. Huiusmodi enim homines sunt templum Spiritus sancti.

Deus in quib. est? *Acto.* 17. *Ioan.* 14. 1. *Cor.* 6.

Non

Non solùm quæ in symbolo traduntur credenda, & apertè profitenda sunt sed etiam illa, quæ simul vniuersa Scriptura diuina seu Canonica complectitur, & quæ partim ex symboli articulis, partim ex scripturis eiusdem, velut fontibus rite deducuntur, & quæ Spiritus sanctus credenda nobis reuelat, pronunciatque per Ecclesiam. *Quæ item credenda sunt?*

Circa hæc omnia fides Christiana versatur: cum recta fidei regula sit Christi fidem atque Ecclesiæ auctoritatem integram profiteri, illudque ratum ac firmum tenere, quod Ecclesiæ Catholicæ Pastores atque doctores credendum definierint. Cæterùm, *si quis Ecclesiã non audierit sit tibi* (inquit Christus) *sicut ethnicus, & publicanus*: non enim habebit Deum Patrem qui Ecclesiam noluerit habere matrem, vt ait Catechis. Concil. Coloniens. *de symbol. fid. in princ.* *Recta fidei regula.* *Matth. 18.*

Ecclesia est omnium Christi fidẽ atque doctrinam Profitentium congregatio, quę sub vno post Christum capite, & pastore, in terris gubernatur: cuius sunt duę partes, vna est militans, & altera triumphans, Ecclesia *Ecclesia quid?*

Triumphans. triumphans, est cœtus ille clarissimus, & felicissimus, beatorum spirituum, qui de mundo, & carne, & nequissimo dæmone triumphantes, *Militãs,* æterna beatitudine fruuntur. Ecclesia militans vocatur, quia in ea viuentibus adhuc cum immanissimis hostibus, mundo, carne, & sathana perpetuum est bellum. vt ait Catechis. Rom. *1. par. cap.* 10. *num.* 5.

Ab hac Catholica Ecclesia reputantur alieni, primùm Judæi & infi-*Qui sunt ab ecclesia alieni?* deles, atq; omnes à fide apostatę, hæretici, ij scilicet qui (cum baptizati sint) contra catholicam fidem cum pertinacia tuentur errorem. Præterea schismatici, qui à pace & vnitate catholica ipsi se segregant. Postremò, qui à communione sanctorum, à participatione sacramentorũ, & ab Ecclesiæ suffragijs, diuinisq; officijs, per ecclesiasticam potestatẽ, legitimè excluduntur qui excommunicati dicuntur. Qui omnes nisi resipiscant & conuertantur, morti perpetuæ, & Sathanæ sunt traditi.

Nomina ecclesiæ. Hæcq; nostra catholica ecclesia varijs nominibus decoratur ac illustratur. Dicitur enim virgo & mater, ma-

ter sc. est prole, & virgo castitate: parturit enim nos virgo, non viro plena sed Spiritu sancto; non cum dolore membrorum, sed cum gaudio Angelorum: est etiam terra lacte & melle manans: arca Noe: columba: Domus Dei: magna familia: nauis: rubus ardens, & non comburens; & petra firma. Hęc deniq; nostra ecclesia fuit in primordijs mundi desponsata, in paradiso præfigurata, in diluuio annunciata, per legem vocata. Plura de eius laudibus, excellentia & potestate refert Turrecrem. in sum. de eccles.

CAP. II. DE SPE, ET Oratione.

SPes est virtus diuinitus infusa, per quam certa cum fiducia nostræ salutis, & æternæ vitæ bona expectantur. *Spes quid?*

Desideranda sunt præcipuè bona illa regni cœlestis, quæ nos verè beatos faciunt; generatim autem, quæcunq; rectè desiderantur, vel petuntur à Deo: in eum modum scilicet, quem dominica nobis commendat oratio. *Quæ desideranda?*

Summa orationis Dominicæ, est formulam absolutam continere,

Quæ est summa orationis dominicæ?

non solùm orandi ac postulandi bona, verùm etiam deprecandi, ac fugiendi mala quælibet. Inter bona verò primùm est illud expetendum, vt Pater cœlestis ab omnibus semper & vbique glorificetur: deinde verò, vt illius regni participes efficiamur: tum vt ea nobis media suppetant, quibus ad regnum Dei commodè peruenitur: vt est, ex parte animę quidem nostræ, voluntati diuinæ nos conformare; ex parte verò corporis, victum habere necessarium. Adduntur secundo loco, quæ ad mala depellenda ritè postulantur, in primis quidem vt absint peccata bonorum omnium corruptelæ: tentationes itidem quæ nos ad peccata impellunt, ac pertrahunt: ad extremum verò deprecamur, à calamitatibus siue præsentis, siue futuræ vitæ liberari.

Oratio quid?

Oratio est, pius nostræ mentis in Deum affectus, quo petuntur fideliter quæcunq; sunt nobis aut alijs salutaria. Modū orandi, & formulā salutarē Christus præscripsit, oratione Dominica, quā ipse Dominus, & magister noster, ore sacrosancto suo tradidit,

didit, dicendo: sic ergo vos orabitis. *Matth. 6.*

1. Pater noster, qui es in cœlis: sanctificetur nomen tuum. *Oratio Dominica.*
2. Adueniat regnum tuum.
3. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra.
4. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.
5. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris
6. Et ne nos inducas in tentationem.
7. Sed libera nos a malo. Amen.

Oratio primò ad Deum dirigitur; verùm ad Deiparam semperque Virginem Mariam, & ad Sanctos, non nisi vt precibus & meritis ipsorum exaudiamur à Deo. Concil. Trid. sess. 25. de inuocat. & vener. Sanctor. Deiparæ Virgini salutationem Angelicam recitamus hoc modo:

Aue Maria, gratia plena, Dominus tecum benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus ventris tui Jesus. Sancta Maria mater Dei, ora pro nobis Peccatoribus, nunc & in hora mortis nostræ. Amen. *Angelica salutatio. Luc. 1.*

His

His verbis admonemur summi beneficij, quod per Mariam Deiparã æternus pater inchoare voluit in Christo:& mundo ad redimendum genus humanum exhibere. Quare post pia vota, quę in Oratione Dominica Deo commendauimus, hic acceptæ per Christum gratiæ memores, non modò Christi matrem, sed etiam Deum Patrem in eadem Deipara Virgine laudamus.

Quē fructum ex salutatione Angel. consequimur?

Oratio duplex.

Oratio est duplex, scilicet communis, & singularis: oratio communis est illa, quæ per ministros ecclesiæ in persona totius fidelis populi Deo offertur: singularis verò est illa, quæ offertur à singulari persona per se, siue per alios.

Orationis vis.

Iacob. 5.

Orationis vis & fructus exemplis sacræ Scripturæ comprobatur. Iacobus Apostolus, vt orationis virtutē explicaret exemplo, ita scripsit: Elias homo erat similis nobis, passibilis, & oratione orauit, vt non plueret super terram, & non pluit annos tres, &menses sex. Et rursum

ora-

orauit, & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum. Orante Moyse & Samuele, vincuntur à Judæis hostes Amalechitæ, atque Philisthæi. Orans Hieremias, confortatur in carcere. Orans Daniel, inter Leones exultat. Orantes tres pueri, in fornace triumphant. Orans de cruce latro, inuenit paradisum. Susanna per orationem inter senes se falsò accusantes, defenditur. Stephanus orans, in cœlum suscipitur & inter lapidantes pro Saulo exauditur, Quibus exemplis fructus orationis ostenditur; & ideo Apostolica Scriptura cohortatur: Sine intermissione orate in omnibus gratias agite. Et rursus: Orate pro inuicem, vt saluemini, multum enim valet deprecatio iusti assidua. Item, hæc est fiducia, quam habemus ad Deum, quia quodcunque petierimus, secundùm voluntatem eius, audit nos. præterea, qui scit fratrem suum peccare peccatum, non ad mortem, petat, & dabitur ei vita.

Exod. 7. *1. Reg. 7.* *Hiere. 33.* *Dan. 3.* *Luc. 23.* *Dan. 13.* *Actor. 7.* *1 Thes. 5.* *Iacob. 5.* *1. Ioan. 5.* *1. Ioan. 5.*

Habetque oratio Dei Promissionem

sionem frequentem plenam conso-
Oratio-nis fruct⁹ latio nis,atque suauitatis;dico vobis (inquit ipsa veritas Christus)omnia
Mar. 11. quæcunque orantes petitis, credite, quia accipietis, & euenient vobis.
Matth. 7. Et rursum: petite, & dabitur vobis; quærite, & inuenietis; pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit; accipit,& qui quærit,inuenit;& pulsanti aperietur.

CAP. III. DE CHA-ritate.

Charitas quid? CHaritas est infusa à Deo virtus, quâ Deus propter se diligitur,proximus autem propter Deum.

Præcepta charitatis sunt duo: diliges dominum Deum tuum ex toto
Charitatis præcepta; corde tuo & ex tota anima tua,& ex tota mente tua, & ex totis viribus tuis: hoc est primum & maximum mandatum. Secundum verò simile est huic: diliges proximum tuum sicut te ipsum. Jn his præceptis vniuersa lex pendet,& Prophetæ,

Hæc est charitas Dei, vt manda-
1. *Ioans* 5. ta eius custodiamus: mandata eius grauia non sunt; plenitudo legis est dile-

dilectio, & finis pręcepti est charitas

Charitas proximi patiens est, benigna est, charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua non irritatur, non cogitat malum, sunt, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. *Charitas proximi.* *1. Cor. 13.*

Etsi duo sunt charitatis præcepta, in quibus plenitudo legis versatur: tamen præcepta Decalogi idcirco adijciuntur vt perspicuè intelligantur quæ ad charitatē, tum Deo, tum proximo exhibendā pertinent: quæ sunt decem: *Præcepta decalogi.*

1. Ego sum Dominus Deus tuus.

Non habebis Deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile vt adores illud.

2 Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum.

3 Memento vt diem Sabbati sanctifices.

4 Honora patrem tuum & matrem tuam vt sis longæuus super terram, quam

quã Dominus Deus tuus dabit tibi.
5. Non occides.
6. Non mœchaberis.
7. Non furtum facies.
8. Non loqueris contra proximũ tuum falsum teeſtimonium.
9. Non conpupiſces vxorem proximi tui.
10. Non domum, non agrum, non ſeruum, non ancillam, non bouem non aſinum, & vniuerſa quæ illius ſunt.

Præcepta Affirmatiua. Ex quibus præceptis alia ſunt Affirmatiua, alia Negatiua; præceptum affirmatium eſt, ordinans id, quod debet fieri & ſemper obligat, id eſt, omni tempore, ſed non ad ſemper: vt homo ſemper eſt obligatus ad honorandum parentes, ſed non ad ſemper, ſed dum occurrit opportunitas, & cauſa poſtulat.

Negatiua. Præceptum negatiuum eſt illud, quod prohibet, quod non debet fieri, & obligat ſemper. & ad ſemper, vt non mœchaberis.

Summa præceptorum. Matth. 7. Summa omnium præceptorum hæc eſt: quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris: omnia verò quæcunque vultis vt faciãt vobis homines

nes, & vos facite illis: hæc est enim lex & Prophetæ.

Sunt etiam præter decalogi, alia Ecclesiæ præcepta, cui veluti sanctissimæ matri sponsæque Christi, aures & mentes præbere catholici filij omnes debemus, quæ sunt quinque principalia. *Ecclesiæ præcepta.*

1. Statutos ecclesiæ festos dies celebrato, & sacrum Missæ officium diebus festis reuerenter audito, *can. Missas 64. can. qui die solemni. 66. can. omnes fideles. 62. de consecr. distin. 1.*

2. Indicta certis diebus ieiunia, & à quibusdam cibis abstinentiam obseruato. *tit. de obseruat. ieiun. extra.*



3. Peccata tua, Sacerdoti proprio, aut alteri cum eius facultate, singulis annis confitetor. *cap omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss. Concil. Trid. Ses. 14. cap. 5.*

4 Sacrosanctam Eucharistiam, vt minimum semel in anno, idque circa festum Paschæ sumito. *c. omnis 12. de pœnit. & remis. can & si non frequentius, 16. de consec. distin. 2. Concil. Trident. Sess. 13. can. 9. de SS. Euchar. sacram.* 5. Decimas & primitias

tias frugum tuarum, libenter persoluito. *cap. tua 25. cap. in aliquibus 32. de decimis.*

Quem fructum adfert horũ praeceptorum obseruatio.

Hæc & eiusmodi reliqua præcepta, & instituta Ecclesiæ tot seculis recepta, magnoque piorum consensu, & vsu confirmata, pietati atque rationi valde consentanea, insignes adferunt commoditates. Quippe quæ fidei, humilitati, & obedientiæ Christianæ salutaria sunt exercitia: honestam disciplinam, & concordiam popularem promouent: Religionis pulchra extant symbola, notæque & indicia interioirs nostræ pietatis.

CAP. IIII. DE OFFICIIS *iustitiæ Christianæ; & primò de peccatis.*

Officia iustitiæ Christianæ.

DVo sunt officia iustitiæ Christianæ: declinare à malo, siue à peccato, & facere bonum, sicut Isaias docet: Quiescite agere peruersè, discite benefacere.

Isaiæ 1.

Peccatũ duplex.

Peccatum, est duplex, Originale, & Actuale.

Peccatum Originale est priuatio iustitiæ originalis debitæ, communi sanguinis propagatione ab Adamo

deriuata. *Azor lib.4.cap.26.* *Peccatũ originale.*

Peccatum Actuale est dictum factum vel concupitum, contra vel præter legem Dei aut Ecclesiæ. *Actuale.*

Peccatum actuale est duplex, mortale & veniale.

Peccatum mortale est dictum, factum, vel concupitum, quod lex diuina prohibet fieri in materia notabili. *Peccatũ mortale.*

Peccatum veniale, est peccatum actuale, cui venia facilè tribuitur. *Peccatũ veniale.*

Vtrumque peccatum est duplex, commissionis, & omissionis: qui deflectit ad malum peccat commissione; qui verò omittit facere bonum, peccat omissione. *Commissionis, & omissionis*

Tribus gradibus ad peccatum deducimur: suggestione, delectatione, consensu, seu deliberata voluntate peccandi. *Quibus gradibus ad peccatum deducimur.*

Effectus peccati, mors est. *Anima enim quæ peccauerit, ipsa morietur.* Nihil autem ea morte infelicius, qua homo à sanctorum omnium consortio, ab Angelorum & cœlestiũ gaudio, atque ab ipso æterno bono, in cuius cognitione, ac fruitione omnis salus, & perfecta hominis *Effectus peccati. Exech. 18.*

beati-

beatitudo consistit, in æternum separatur. Neque solùm à Deo Deique gratia & gloria infelix peccator excluditur: sed præterea etiam in potestatem traditur dæmonum, vt cum his torqueatur. Quapropter tam seriò iubet Ecclesiasticus: Quasi a facie colubri fuge peccata. Et senior ille Tobias: omnibus diebus vitæ tuæ, ait, in mente habeto Deum; & caue ne aliquando peccato consentias, & prætermittas præcepta Domini Dei nostri.

Ecclef.21.

Tob.4.

Peccata capitalia quæ?

Peccata capitalia dicuntur illa, ex quibus veluti è capitibus & fontibus, omnia alia peccata proficiscuntur, & ex illis, veluti ex corrupta radice, pestiferi planè fructus nascuntur, & sunt numero septem. Superbia, auaritia, luxuria, inuidia, gula, ira, acedia: Quibus alię septem virtutes aduersantur. Humilitas, largitas, castitas, benignitas, temperantia, patientia, deuotio, seu sedula pietas.

Peccata in Spiritum Sanctum.

Peccata in Spiritum sanctum, dicuntur ea, quæ sua malitia sic diuinam excludunt gratiam, vt neque in hoc sæculo, nisi ægrè admodum & difficulter, neque in futuro remittantur

tantur

cantur: quæ ſunt numero ſex. Præſumptio de miſericordia Dei, vel de impunitione peccati, deſperatio, agnitæ veritatis impugnatio, fraternæ charitatis inuidentia, obſtinatio, & impœnitentia.

Peccata in cœlum clamantia, ſunt quatuor. Homicidium voluntarium, peccatum ſodomiticum, oppreſſio pauperum, viduarum, ac pupillorum, mercedis operariorum defraudatio. *Peccata in cœlum clamantia.*

Peccata aliena dicuntur ea, quæ ab alijs committuntur, ſed nobis interim auctoribus vel adiutoribus, aut ſaltē non impedientibus, vt idcirco nobis etiam imputentur. Jmputanturq; nobis nouem modis. Conſilio, iuſſione, conſenſu, irritatione, laudatione, ſeu adulatione, reticētia culpæ alienæ, conniuentia vel indulgentia, rei alienæ participatione, & praua facti alieni defenſione. *Peccata aliena*

Non ſatis eſt chriſtiano malum fugere & à peccato declinare, ſed præterea bonum agere & virtutes exercere neceſſe eſt, alioquin ſcienti bonum, & non facienti peccatum eſt illi. *Chriſtianum oportet agere benè*

CAPVT V.

De Bonis operibus.

e. ra quæ? BOna opera sunt ea, quibus iustè & piè viuitur in hoc sæculo; & iusti magis iustificantur, & sancti magis sanctificantur. Quæ sunt tria: *Tob. 12.* Ieiunium, eleemosyna seu misericor- *Ieiuniũ, quid?* dia, & oratio. De quibus ita legimus: Bona est oratio, cum ieiunio, & eleemosyna. Jeiunium est corporis quædam castigatio . piè suscepta, vt vel caro spiritui subijciatur, vel obedientia exerceatur, vel Dei gratia impetretur.

Ieiuniũ duplex. Ieiunium est duplex corporale & spirituale. Ieiunium spirituale, est abstinere ab iniquitatibus, & ab illicitis voluptatibus sæculi, de quo Isa- *Isaia. 58.* ias: nonne hoc est magis ieiunium, quod elegi? dissolue colligationes impietatis. &c. Et August. vocat magnum & generale ieiunium, abstinere ab iniquitatibus & ab illicitis voluptatibus sæculi. & refertur in *can. ieiunium. 25. de consec. dist. 5.*

Ieiuniũ corporale. Ieiunium corporale, dicitur, afflictio carnis per subtractionem cibi & po-

& potus, facta secundùm institutionem Ecclesiæ.

Eleemosyna est beneficium seu munus quo alterius miseriæ, ex nostro commiserationis affectu subuenitur. *Eleemosina.*

Eleemosyna alia est corporalis, alia spiritualis; eleemosynæ corporales consistunt in operibus misericordiæ corporalibus, quæ sunt septem: esurientes pascere, potum dare sitientibus, operire nudos, captiuos redimere, ægrotos inuisere, hospitio peregrinos suscipere, mortuos sepelire. *Eleemosyna alia corporalis, alia spiritualis,*

Eleemosynæ verò spirituales consistunt in operibus misericordiæ spiritualibus, quæ sunt septem: Peccantes corrigere, ignorantes docere, dubitantibus rectè consulere, pro salute proxmi Deum orare, consolari mœstos, ferre patienter iniurias, offensam remittere.

Virtus, est bona qualitas mentis, qua benè viuitur, qua null⁹ malè vtitur, quâque Deus in nobis operatur. *Virtus quid?*

Virtutes sunt septem, tres Theologicæ, & quatuor Cardinales. Theologicæ sunt fides, spes, & charitas. *Virtutes Theologicæ.*

Dicuntur Theologicæ, quia à Deo nobis supernaturaliter infunduntur, vel dicuntur theologicæ, id est, diuinæ θεὸς quod est Deus, λόγος quod est sermo; quia proximè tendunt in Deum.

Virtutes Cardinales. Virtutes Cardinales sunt, prudentia iustitia, temperantia, fortitudo; quæ dicuntur Cardinales, quia tanquam fontes aliarum & cardines omnem honestæ vitæ rationem continent, quibus in Christo consequitur homo vt prouidè, iustè, temperatè, ac fortiter in omni vita degat ac placeat Deo.

Dona Spiritus sancti. Isaia. 11. Dona spiritus sancti sunt septem: Donum sapientæ, intellectus, consilij, scientiæ, fortitudinis, pietatis, ac timoris Dei, quæ super Christum requieuisse propheta testatur.

Fructus Spiritus sancti. Ad Gal. 5. Fructus Spiritus sancti à Paulo Apostolo sic enumerantur: charitas, gaudium, pax patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.

Euangelicæ beatitudi. Euangelicę beatitudines dicuntur illæ, propter quas in Euangelio, hi, qui miseri prorsus & infelices videntur,

videntur, beati ac felices pronunciantur. Et sunt octo, quas ita Christus in monte tradidit. *Euangelica beatitudines.*

1. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

2. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.

3. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

4. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.

5. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.

6. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

7. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.

8. Beati qui persecutionem patiũtur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

Euangelica consilia principalia sunt tria, nimirum paupertas voluntaria: castitas perpetua, & obedientia integra: quæ per euangelium non tanquam ad salutem necessaria, sed veluti suscipientibus magis expedita atque vtilia, à Christo non præcipiente quidem, sed consulente proponuntur. *Consilia Euangelica.*

Nouissima hominis. Hominis nouissima dicuntur ea quæ homini ad extremum accidunt vt mors iudicium, infernus, & cœlestis gloria. De quibus ita docet Sa- *Eccle. 7.* piens: in omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.

SECTIO II.

DE SCRVTINIO, IN ordine faciendo.

De Ordinandorum prævio examine docet D. Paulus cùm inquit *1. Timo. 3.* *Hi probentur primùm & sic ministrent, nullum crimen habentes.* Eiusdem etiam extat admonitio ad Timotheum Episcopum, discipulum suum, *1. Timot. 5.* vt non nisi ideo ordinis Sacramentum ministret, & manus citò nemini imponendas asserit. Sic an- *Leuit. 21.* tiquitus etiam, diuino præcepto maculati tam corpore, quàm anima *Leuit. 25.* à sacris arcebantur. Tanti enim officij celsitudo ostendit, ordinandum omnibus virtutibus præditum & ab omni suspicione sceleris immunem

munem esse oportere. Verùm quoniam episcopalis potestas tãtum sibi iuris tribuere nequit, vt debeat talẽ quẽ ordinare sine prætio & diligenti examine, vti definitum extat in *c. quandocun*, 2. *cc. seqq.* 24. *distin. cap. vnic. de scrutinio, & Concil.* 7. *de refor. Trid. Sess.* 14. *c.* 3. *de refor. & Sess.* 23. *cap.* ideo diligentem illam præparationem, quæ accedentibus ad hoc Sacramentum requiritur, explicabimus.

Capvt. I.

Qvi prohibeantur ordinari.

Ordinandus primò debet esse baptizatus, quia non baptizatus, nec recipit ordines, nec characterem ordinis. *c.* 1. *& c.* 3. *de Presbyt. non baptiz.* Et etiam si de facto ordinetur, nullam potestatem recipit: nam baptismus est ianua omnium Sacramentorum. Quia sine fundamento sicut in aere nihil superædificari potest, ita non baptizatus si ordinetur, debet baptizari, & iterum ordinari. *Non Baptizatus.*

De non confirmato non ita procedit, nam quamuis Conc. Trid. *Non con-*

Seß.23. cap. 4. de ref. prohibeat prima tonsura initiari eum, qui sacramentũ confirmationis non susceperit, tamen character ordinis, de necessitate non præsupponit characterem confirmationis; & ita ordinatis non confirmatis, nulla iteratione opus est. *cap. 1. de sacram. non iter.* in talibus inquit textus cautè est supplendum, quod incautè fuerat prætermissum.

Mulier. Sit etiam ordinandus vir, nam mulier non potest ordinari, nec de iure, nec de facto, quia nec tonsurari debet. *cap. uxoratus.* 8 *in fine de conuers. coniug.* nec potestatem clauium exercere potest. *c. noua de pœni. & remis.* nec ad altare seruire debet. *c. 1. de cohabit. cleric. & mulier. in fine:*

1. Cor. 14. Juxta D. Pauli sententiam, mulieres in ecclesijs taceant non enim permittitur eis loqui: turpe enim est mulieri loqui in ecclesia.

Hermaphroditus. Jdem dicendũ est de hermaphrodito, si sexus mulieris magis in illo dominetur: si verò sexus viri in illo præualeat ordinari poterit. sed non esse ordinandum hermaphroditum censeo.

Præs.

Præsbyterorum filij & alii illegitimi, ad sacros ordines non possunt promoueri cũ prohibeantur, non solùm lege canonicâ, verùm etiam diuinâ dicente, quod manzeres & spurij vsque ad decimam generationem ecclesiam non intrabunt *c. per venerabilẽ. 13. in fine versic. licet igitur. qui filij sint legit. c. 1. de fil. præsbyt.* Idem seuerè inhibuit Sextus V. in suo Motu proprio contra illegitimos, *anno* 1586. quem moderauit & ad terminos iuris reduxit Gregorius XIV. *anno* 1590. Possent tamen sine dispensatione promoueri si intrarent religionem, & in ea professionem emitterent *cap. 1. de filijs presbyter. can. 1. 56 distin.* Religionis enim ingressus, secuta professione, hanc irregularitatem tollit. Ad dignitatem & Prælationem tamen, non possunt promoueri sine dispensatione. *Illegitimus.*

Coniugatus ordinandus non est. *cap. coniugatus. 5. de conuersi. coniug.* nec ad minores ordines admittitur. *cap. vlt. de temp. ordin. in 6.* Quod si verò vxor religionem ingrediatur, continentiam voueat, & se Deo *Coniugatus.*

 dedicet,

beatitudo consistit, in æternum separatur. Neque solùm à Deo Deique gratia & gloria infelix peccator excluditur: sed præterea etiam in potestatem traditur dæmonum, vt cum his torqueatur. Quapropter tam seriò iubet Ecclesiasticus: Quasi a facie colubri fuge peccata. Et senior ille Tobias: omnibus diebus vitæ tuæ, ait, in mente habeto Deum; & caue ne aliquando peccato consentias, & prætermittas præcepta Domini Dei nostri.

Eccles. 21.

Tob. 4.

Peccata capitalia quæ?

Peccata capitalia dicuntur illa, ex quibus veluti è capitibus & fontibus, omnia alia peccata proficiscuntur, & ex illis, veluti ex corrupta radice, pestiferi planè fructus nascuntur, & sunt numero septem. Superbia, auaritia, luxuria, inuidia, gula, ira, acedia: Quibus alię septem virtutes aduersantur. Humilitas, largitas, castitas, benignitas, temperantia, patientia, deuotio, seu sedula pietas.

Peccata in Spiritum Sanctum

Peccata in Spiritum sanctum, dicuntur ea, quæ sua malitia sic diuinam excludunt gratiam, vt neque in hoc sæculo, nisi ægrè admodum & difficulter, neque in futuro remit-

tantur

tantur: quæ ſunt numero ſex. Præſumptio de miſericordia Dei, vel de impunitione peccati, deſperatio, agnitæ veritatis impugnatio, fraternæ charitatis inuidentia, obſtinatio, & impœnitentia.

Peccata in cœlum clamantia, ſunt quatuor. Homicidium voluntarium, peccatum ſodomiticum, oppreſſio pauperum, viduarum, ac pupillorum, mercedis operariorum defraudatio.

Peccata in cœlum clamantia.

Peccata aliena dicuntur ea, quæ ab alijs committuntur, ſed nobis interim auctoribus vel adiutoribus, aut ſaltē non impedientibus, vt idcirco nobis etiam imputentur. Jmputanturq; nobis nouem modis. Conſilio, iuſſione, conſenſu, irritatione, laudatione, ſeu adulatione, reticētia culpæ alienæ, conniuentia vel indulgentia, rei alienæ participatione, & praua facti alieni defenſione.

Peccata aliena

Non ſatis eſt chriſtiano malum fugere & à peccato declinare, ſed præterea bonum agere & virtutes exercere neceſſe eſt, alioquin ſcienti bonum, & non facienti peccatum eſt illi.

Chriſtianum oportet agere benè.

CAPVT V.

De Bonis operibus.

e-ra quæ? BOna opera sunt ea, quibus iustè & piè viuitur in hoc sæculo; & iusti magis iustificantur, & sancti magis sanctificantur. Quæ sunt tria: *Tob.12.* Ieiunium, eleemosyna seu misericordia, & oratio. De quibus ita legimus: *Ieiuniũ, quid?* Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna. Ieiunium est corporis quædam castigatio. piè suscepta, vt vel caro spiritui subijciatur, vel obedientia exerceatur, vel Dei gratia impetretur.

Ieiuniũ duplex. Ieiunium est duplex corporale & spirituale. Ieiunium spirituale, est abstinere ab iniquitatibus, & ab illicitis voluptatibus sæculi, de quo Isa- *Isaia. 58.* ias: nonne hoc est magis ieiunium, quod elegi? dissolue colligationes impietatis. &c. Et August. vocat magnum & generale ieiunium, abstinere ab iniquitatibus & ab illicitis voluptatibus sæculi. & refertur in *can. ieiunium. 25. de consec. dist. 5.*

Ieiuniũ corporale. Ieiunium corporale, dicitur, afflictio carnis per subtractionem cibi & po-

& potus, facta secundùm institutionem Ecclesiæ.

Eleemosyna. Elëemosyna est beneficium seu munus quo alterius miseriæ, ex nostro commiserationis affectu subuenitur.

Eleemosyna alia corporalis, alia spiritualis. Eleemosyna alia est corporalis, alia spiritualis; eleemosynæ corporales consistunt in operibus misericordiæ corporalibus, quæ sunt septem: esurientes pascere, potum dare sitientibus, operire nudos, captiuos redimere, ægrotos inuisere, hospitio peregrinos suscipere, mortuos sepelire.

Eleemosynæ verò spirituales consistunt in operibus misericordiæ spiritualibus, quæ sunt septēm: Peccantes corrigere, ignorantes docere, dubitantibus rectè consulere, pro salute proxmi Deum orare, consolari mœstos, ferre patienter iniurias, offensam remittere.

Virtus quid? Virtus, est bona qualitas mentis, qua benè viuitur, qua null⁹ malè vtitur, quāque Deus in nobis operatur.

Virtutes Theologicæ. Virtutes sunt septem, tres Theologicæ, & quatuor Cardinales. Theologicæ sunt fides, spes, & charitas.

Dicuntur Theologicæ, quia à Deo nobis supernaturaliter infunduntur, vel dicuntur theologicæ, id est, diuinæ θεὸς quod est Deus, λόγος quod est sermo, quia proximè tendunt in Deum.

Virtutes Cardinales. Virtutes Cardinales sunt, prudentia iustitia, temperantia, fortitudo; quæ dicuntur Cardinales, quia tanquam fontes aliarum & cardines omnem honestæ vitæ rationem continent, quibus in Christo consequitur homo vt prouidè, iustè, temperatè, ac fortiter in omni vita degat ac placeat Deo.

Dona Spiritus sancti. Isaia. 11. Dona spiritus sancti sunt septem: Donum sapientæ, intellectus, consilij, scientiæ, fortitudinis, pietatis, ac timoris Dei, quæ super Christum requieuisse propheta testatur.

Fructus Spiritus sancti. Ad Gal, 5. Fructus Spiritus sancti à Paulo Apostolo sic enumerantur: charitas, gaudium, pax patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.

Euangelicæ beatitudi- Euangelicę beatitudines dicuntur illæ, propter quas in Euangelio, hi, qui miseri prorsus & infelices videntur,

videntur, beati ac felices pronunciantur. Et sunt octo, quas ita Christus in monte tradidit.

Euangelica beatitudines.

1. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.
2. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.
3. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.
4. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.
5. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.
6. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.
7. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.
8. Beati qui persecutionem patiũtur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

Consilia Euangelica.

Euangelica consilia principalia sunt tria, nimirum paupertas voluntaria: castitas perpetua, & obedientia integra: quæ per euangelium non tanquam ad salutem necessaria, sed veluti suscipientibus magis expedita atque vtilia, à Christo non præcipiente quidem, sed consulente proponuntur.

Nouissima hominis. Hominis nouissima dicuntur ea quæ homini ad extremum accidunt: vt mors iudicium, infernus, & cœlestis gloria. De quibus ita docet Sapiens: in omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. *Eccle. 7.*

SECTIO II.

DE SCRVTINIO, IN ordine faciendo.

De Ordinandorum præuio examine docet D. Paulus cũ inquit *Hi probentur primùm & sic ministrent, nullum crimen habentes.* Eiusdem etiam extat admonitio ad Timotheum Episcopum, discipulum suum: vt non nisi ideo ordinis Sacramentum ministret, & manus citò nemini imponendas asserit. Sic antiquitus etiam, diuino præcepto maculati tam corpore, quàm anima à sacris arcebantur. Tanti enim officij celsitudo ostendit, ordinandum omnibus virtutibus præditum, & ab omni suspicione sceleris immunem

1. Timo. 3. *1. Timot. 5.* *Leuit. 21.* *Leuit. 25.*

munem esse oportere. Verùm quoniam episcopalis potestas tãtum sibi iuris tribuere nequit, vt debeat aliquē ordinare sine prævio & diligenti examine, vti definitum extat in *c. quandocun. 2. cc. seqq. 24. distin. cap. vnic. de scrutinio, & Concil. 7. de refor. Trid. Sess. 14. c. 3. de refor. & Sess. 23. cap.* ideo diligentem illam præparationem, quæ accedentibus ad hoc Sacramentum requiritur, explicabimus.

CAPVT. I.

QVI PROHIBEANtur ordinari.

ORdinandus primò debet esse baptizatus, quia non baptizatus, nec recipit ordines, nec characterem ordinis. *c. 1. & c. 3. de Presbyt. non baptiz.* Et etiam si de facto ordinetur, nullam potestatem recipit: nam baptismus est ianua omnium Sacramentorum. Quia sine fundamento sicut in aere nihil superædificari potest, ita non baptizatus si ordinetur, debet baptizari, & iterum ordinari. *Non Baptizatus.*

De non confirmato non ita procedit, nam quamuis Conc. Trid. *Non con-[illegible]*

Sess. 23. *cap.* 4. *de ref.* prohibeat prima tonsura initiari eum, qui sacramentũ confirmationis non susceperit, tamen character ordinis, de necessitate non præsupponit characterem confirmationis; & ita ordinatis non confirmatis, nulla iteratione opus est. *cap.* 1. *de sacram. non iter.* in talibus inquit textus cautè est supplendum, quod incautè fuerat prætermissum.

Mulier. Sit etiam ordinandus vir, nam mulier non potest ordinari, nec de iure, nec de facto, quia nec tonsurari debet. *cap. vxoratus.* 8 *in fine de conuers. coniug.* nec potestatem clauium exercere potest. *c. noua de pœni. & remis.* nec ad altare seruire debet. *c.* 1. *de cohabit. cleric. & mulier. in fine:*

1. Cor. 14. Juxta D. Pauli sententiam, mulieres in ecclesijs taceant non enim permittitur eis loqui: turpe enim est mulieri loqui in ecclesia.

Hermaphroditus. Idem dicendũ est de hermaphrodito, si sexus mulieris magis in illo dominetur: si verò sexus viri in illo præualeat ordinari poterit. sed non esse ordinandum hermaphroditum censeo.

Præs.

Præsbyterorum filij & alii illegitimi, ad sacros ordines non possunt promoueri cũ prohibeantur, non solùm lege canonicâ, verùm etiam diuinâ dicente, quod manzeres & spurij vsque ad decimam generationem ecclesiam non intrabunt *c. per venerabilẽ. 13. in fine versic. licet igitur. qui filij sint legit. c. 1. de fil. presbyt.* Idem seuerè inhibuit Sextus V. in suo Motu proprio contra illegitimos, *anno* 1586. quem moderauit & ad terminos iuris reduxit Gregorius XIV. *anno* 1590. Possent tamen sine dispensatione promoueri si intrarent religionem, & in ea professionem emitterent *cap. 1. de filijs presbyter. can. 1. 56 distin.* Religionis enim ingressus, secuta professione, hanc irregularitatem tollit. Ad dignitatem & Prælationem tamen, non possunt promoueri sine dispensatione. *Illegitimus.*

Coniugatus ordinandus non est. *cap. coniugatus. 5. de conuersi. coniug.* nec ad minores ordines admittitur. *cap. vlt. de temp. ordin. in 6.* Quod si verò vxor religionem ingrediatur, continentiam voueat, & se Deo dedicet, *Coniugatus.*

dedicet, poterit vir ordinari. *c. con.* & *c. exoratus de conuers. coniug.* Græci in sacris promoti, possunt vti matrimonio antea contracto, *cap. cum olim. 6. de cleric. coniug.* sed Latini non possunt.

Bigamus. Nec bigamus est ordinandus. *can. acutius. 26. dist. tot. tit. de bigam.* infra *de. irregul. bigamia sect. 4. cap. 4.*

Homicida. Requiritur præterea, vt ordinandus non sit homicida; siue sit homicida facto, proposito, consilio, iussione, *can. si quis viduam* 50. *dist.* siue scribendo, testificando, accusando, consulendo, procurando, accelerando si mors sequatur; quia est irregularis

Seruus. Seruus prohibetur ordinari, in præiudicium domini sui; & ideo non potest ordinari, nisi manumittatur prius. vt in *can.* 1. & 2. *distin.* 54. *c.* 1. & 2. *ordin.* & si sciente & volente domino fuit ordinatus, liber, & ingenuus fit. *can. si seruus.* 2. *distin.* 54.

Obligatus ad ratiocinia. Obligatum ad ratiocinia, ad ordines promoueri, nō permittunt iura; vt scilicet non sit obligatus ad red

dendam

dendam rationem administratorum, quæ gessit, vel ex officio publico vel priuato aliquo, tanquam tutor curator vel negotiorũ gestor alicuius: tenetur enim prius rationem reddere administrationis, vt patet *tit.de obligat.ratio can.* 3. *dist.* 54. nisi illam geras pro persona aliqua ecclesiasti-ca, vel pro miserabili persona, vt sunt pupilli, viduę & huiusmodi, tũc enim possunt ordinari, si nõ sit aliud impedimentum, *cap* .1.*de postul. can. peruenit.* 84 *dist*. dum tamen reddere possit rationem administrationis.

Curiales sunt similiter prohibiti, illi scilicet, qui habẽt aliquod officium, in curia alicui⁹ publicæ potestatis, vt habetur 5. *distin.* & 51. *distin. per tot.* quod intellige de illis, qui ratione officij, sanguinem humanũ effuderunt, seu sæua exercuerunt, vt milites, officiales iustitiæ: vt sunt *alguaziret*, & huiusmodi, vel inhonesta sunt operati in *can. maritum* 33.*distin.* Si verò honesta officia exercuerunt, vt iudices aduocati, tabelliones in causa ciuili & pecuniaria admittuntur, *can. Offius* 01. *distin.* Si verò sanguinis causam ex- 11. *Curiales.*

ercuerint, repelluntur tanquam irregulares. *c. sententiam sanguinis. 9. ne cleric. vel monach.*

12. *Histriones.* Histriones similiter prohibentur ordinari in *can. maritum 33. distin. quia huiusmodi sunt infames, can. 1. 4. q. 1. l. 1. & in l. 2 §. ait prater. ff de his qui notantur infamia.* Imo & peccatum est interresse repræsentationibus, si turpia & obscœna repræsentantur, vel miscentur ibi superstitiones, de quibus intelligitur *tex: in canon. pro dilectione. 95. de consecr. distin. 2. can. non oportet, 37. de consec. distin. 5. can. donare. 86. distin.*

13. *Peregrini.* Peregrini similiter prohibentur ordinari, sumendo, hoc loco, peregrinos, pro omnibus illis, qui non sunt de Episcopatu ordinantis; nam nullus Episcopus potest de iure ordinare, nisi subditum suum *cap. 1. & de tempor. ordinat. in 6.* Concil. triden. *Sess. 14. cap. 2. de reform.* dicitur autem subditus vel ratione originis, vel ratione beneficij *vt in cap. cum nullus de temp. ordin. in 6.* Nam peregrini, tum etiam alterius diœcesis subditi non possunt ordinari, sine

ſine licentia proprij Epiſ. & cauſam rationabilem aſſignent, quare ab Epiſcopo proprio non ordinentur, vt determinat. Concil. Triden. *Seſſ. 6. cap. 5. & Seſſ. 14. cap. 8. de refor.* Poterit tamen Epiſcopus familiarem ſuum ordinare, ſi per triennium ſecum fuerit commoratus. Concil. Triden. *Seſſ 23. cap. 9. de reform.*

14. *Proprius Epiſcopus quis dicatur?*

Ratione item originis, dicitur proprius epiſcopus illius loci, in quo ordinandus habet domicilium animo permanendi, non tamen ſufficit aſsidua habitatio etiam decennij, ſi ſemper habet animum reuertendi in patriam vt ſcholaſtici in academia: mercatores in locis nundinarum. Sed oportet vt habeat quis domicilium proprium in illo loco, & non alibi, per longum tempus acquiſitum; & tunc dicitur Epiſcopus proprius etiamſi alibi ſit ordinandus natus. Ita Henriquez *in Summa Theologia moralis libr.* 10. *de ſacram. ordinis. capi.* 22. §. 2.

15. *Proprius Epiſcopus dicitur etiam ratione domicilij.*

Apoſtatæ ad clericatus officium, aſſumi non debent. *can. hi. qui 49. diſtin.* Eſt autem apoſtaſia, ſecundũ Summiſtas, temerarius à ſtatu fidei,

16. *Apoſtata.*

17. *Apoſtaſia quid?*

obedientiæ, vel religionis receſſus. Et ſic triplex poteſt dici apoſtaſia, à fide, religione, & obedientia, & quæcumque ex iſtis repellit ordinandũ: vt de prima patet, cum omnis apoſtata à fide, hæreticus dicatur & infidelis, & ipſo iure excomunicatus, *cap. ad abolendam. de hæretic.* De ſecũda, quę incurritur per temerariam habitus deſertionem, cum aſſumptione ſæcularis vitæ, ſimiliter patet, cum tales etiam ſint excommunicati ipſo. *per tex. in cap. 2 ne Cleric. vel facto monach. 6.*

19. *Apoſtata ab obediẽtia an poſſit ordinari?* De apoſtaſia ab obedientia poteſt dubitari cum per illam non ſit quis excommunicatus, licèt poſſit excommunicari, ob inobedientiam; infamiam tamen incurrit, *can. ſi quis à ſuo 3. q. 4. & à* teſtimonio repellitur. *can. ſi autem.* 11. *q. 3. &* tunc infamia præcedente, repellitur ab ordinibus.

20. *Infames.* Infames etiam prohibentur ordinari *cap. omnipotens Deus de accuſatio, cap. infames. 3. q. 7. c. infames. 6. quaſt. 1.*

21. *Pœnitentes.* Qui ſolemnem pœnitentiam egit, etiam prohibetur ordinari, ſcilicet

pro

pro aliquo crimine: de qua *in can. in capite. distin.* 50. quæ scilicet consueuit imponi pro graui crimine publico & vulgatissimo, quod totum orbem vel locum commouit. *can. vltim. 26. quæst. 6.*

Ordinandus similiter non debet esse irregularis: quia irregularitas est impedimentum, quo quis prohibetur ad ecclesiasticos ordines promoueri, & in eisdem ministrare. *cap. vlt. de temporibus ordin. de quo infra de irregularitate.* *22. Irregulares.*

CAPVT. II.

DE QVALITATIBUS ordinandorum.

Diuus Paulus ad Timot. 3. docet qualitates ordinandorum: & licèt Apostolus ad Episcopum pertinere dicat, extenduntur tamen ad alios clericos ordinandos, *vt in can. Apostolus. dist. 81. can. cognoscamus. 34. dist.* continenturq; in his Versibus.

Primum præcipitur, quod sit sine crimine præsul,

Monogamus, sobrius, prudens, ornatus & hospes,

Casta

Casta docens, non percussor, non litigiosus.

Ordinandorum qualitates. *Non cupidus, bene dispositus, nonue neophitus.*

Talis apostolica, vt præsit, regula iussit.

Circa has regulas, aliqua summa notabimus.

2. Sine crimine. Oportet *Primò* vt sit sine crimine; irreprehensibilem scilicet esse nam in mortali constitutus, promoueri non debet. *cap. ex tenore. 4. cap. ad aures 5. de tempor. ordin.* quòd si criminosus pœnitentiam egit, potest ordinari, supposita hac distinctione: nam crimen, aut est occultum, & tunc non impedit *Can. de his. 50. dist. dist. cap. ex tenore cap. ex literis, de furtis.* Si verò crimen sit publicum & enorme, ordinari non potest. *Can. Apost. dist.* 81. Nota tamen, quod criminosus, quomodocunque consideretur, potest ordinari, si crimen expressè ordinum susceptionem non intercidit.

3 Vnius vxoris. *Secundò* ordinandus sit vnius vxoris vir, quod est intelligendum, negatiuè, id est, non plurium, scilicet, qui nunquã habuerit plures vxores. *can. proposuit dist. 82.* quia tunc effici-

efficitur bigamus, & bigami prohibentur ordinari, *cap.* 1. & 2. *de bigamis non ordin.* Concil. Trident. *Seß.* 23. *cap.* 17. *de reformat.*

Tertiò, ordinandus sit sobrius, non vinolentus, ab ebrietate & crapula se abstineat, *capit. à crapula. de vita & honestate* Cler. Ebrietas fomes est, & nutrix omnium vitiorum, *can. ante omnia, dist.* 35. *4. Sobri°.*

Quartò, ordinandus sit prudens, debet enim habere triplicem prudentiam, scil. sacræ Scripturæ. *dist.* 36. *per totam*. Peritiam canonum. *can. ignorantia. distin.* 38. Jtem debet habere peritiam, id est, industriam sæcularium negociorum, *dist.* 39. *5. Prudēs*

Quintò ordinandus sit pudicus, vt moribus, & verbis pudorem suum indesinenter ostendat. §. 1. 43. *dist.* *6. Pudicus.*

Sextò, ordinandum oportet esse ornatum duplici ornamento, interiori scilicet quod consistit in virtutibus, iuxta illud Psal. *Sacerdotes tui induantur iustitiam*, & exteriori, quod in habitu, victu, & incessu decentibus consistit *dist.* 14. *per tot. Concil. Trid. Seß.* 14. *capit.* 6. & *Seß.* 22. *cap.* 2. *de reforma.* *7. Ornatus.* *Psal.* 131.

Septi-

Septimò, ordinandus sit hospitalis,
8. *Hospitalis*. vt scilicet sit de numero eorum, quibus dicitur hospes eram, & collegistis me: nam domus Clericorum, omnibus debet esse communis, *can. quoniam* 16. *q.* 1. & quidquid habent Clerici pauperum est. *Can. quiescamus. diu* 42.

9. *Doctor*. *Octauò*, ordinandus sit Doctor, doceat verbo prædicationis, & exemplo bonæ operationis §. 1. *dist.* 43. quæ vero sciẽtia requiratur jsdc sciẽtia ordinandorum.

10. *Non percussor*. *Nonò*, ordinandus nõ sit percussor, sed modestè se gerat. *Can.* 1. *&* 2. *distin* 4. Percussio est duplex, spiritualis scilicet, vt quando sermone inutili percutit, seu lædit alicuius famam. Alia est corporalis, & hæc indistinctè prohibetur. Clericus neminem debet suis manibus verberare. *cannon liceat*. 86. *dist. authen. de sanctis Episcopis*. § *sed neque proprijs*.

11. *Non litigiosus*. *Decimò*. ordinandus non sit litigiosus: quia tales cõsueuerunt esse adulatores, & detractores, & inter fratres discordias seminantes, & ita non poterunt ad concordiam fratres reuocare, vt tenentur ex officio facere.

Vndeci-

Vndecimò, ordinandus non sit cupidus, id est, non auarus, §. 1. *dist.* 47. quia cum Clericus debeat habere mentē liberā à terrenis, non poterit bonorū auctori Deo adhærere, quia cupiditati & auaritiæ inseruit. *can. virum. can. bonorum auctori*, 47. *dist.* 12. *Non cupidus.*

Duodecimò, domui suæ bene præpositus, scilicet conscientiam suam honestè regat, eam à vitijs liberet, seruet, ac custodiat 13. *Prapositus.*

Decimotertio, neophitus etiam prohibetur ordinari, id est, nouus in fide, vel etiam in religione, & in nostro regno dicuntur (*nueuos conuertidos*) per rationes traditas. *dist.* 48. *per tot.* 14. *Non neophitus.*

Enitendum etiam est, vt Clericis, pro ætatis qualitate, officia conferantur. Et licèt attento iure antiquo, diuersæ ætates erant præfixæ. *can. in singulis.* 77. *distin. Clemen. generalem. de ætat. & qualit. ordin. can si quis.* 78. *dist. sed nos*, tempus, à Triden. Concil. patribus constitutum, seruandum duximus. Ad primā tonsuram clericalem idonei censentur, in ea ætate constituti, in qua scire possunt, vitam clericalem ad præstan- 15. *Aetas, qua?*

ſtandum cultum Deo elegiſſe; quod in ætate quatuordecim annorum euenire poſſe certũ eſt. Minores ordines, poſt primam tonſuram, quocunque tempore licitum eſt recipere. Ad Subdiaconatus ætatem 22. Ad Diaconatus 23. Ad præsbyteratus 25. annorum Synodus Tridentina pręfixit. *Seſſ. 23. c. 4. & 12. in Decreto, de refor. &* ſufficit vt prædictum annum attingant, ſeu inchoatum habeant.

16. *Tit.* Cum non deceat eos qui diuino miniſterio adſcripti ſint, cum ordinis dedecore mendicare, aut ſordidum aliquem quæſtum exercere, propterea prouiſum fuit, vt nullus ordinetur ſine titulo beneficij, aut patrimonij, & conſtet cum illo poſſe congruè ſuſtentari. Concil. *Trid. Seſſ.* 21. *cap.* 2. *de reformat.*

17. *Patrimonium habentes an poſſint ordinari?* patrimonium habentes, vel aliud vnde viuere poſſint, poterunt ordinari de licentia Epiſcopi, ſi vtilitas Eccleſiæ illud expoſcat, vt ſynodus Tridentina prædixit. Ordinatus cum titulo ficto, vel ordinatus cum patrimonio, & clam fecit pactum de renunciando donatori, eſt ſuſpenſus. Et ordinandi ad titulum patrimonij,

nij, debent illud possidere ex donatione, legatione, vel emptione, vel alio titulo vero. Quare obseruandum est, vt sic ordinandi, probent quo titulo illud possideant, & ostendant actum donationis, & possessionis insinuatæ, & quod constet remanere etiam sufficientem victum donatori, vt sic euitentur inconuenientia, & fraudes in ordinatis ad titulum patrimonij.

CAPVT III.

De corpore vitiatis.

SVperna voce ad Moysem dicitur, *loquere ad Aaron: homo de semine tuo, qui habuerit maculam, non offeret panes Domino Deo suo, nec accedet ad ministerium eius. si cæcus fuerit, si claudus, si vel paruo, vel grandi, vel torto naso, si fracto pede, vel manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginẽ in corpore, vel herniosus, &c. quæ* licèt omnia moraliter exponantur. *can.* 1. 49. *dist.* quædam tamen ex his seruantur ad literam, quædam verò arbitrio ordinarij relicta sunt. Quamobrem, patres nostri retulerunt,

1. *Corpore vitiati non sunt ordinandi. Leuit. 21.*

lerunt, ne quis corpore vitiatus, admitteretur ad ordinis sacri functiones, vt patet *toto titul. de corpore vitiatis.*

2. *Defectu pollicis.* Quare notandum est, quod defectus in membris, quidam sunt ita notabiles, vt impediant officij executionem, vt defectus manus, pollicis, indicis, linguæ, oculorum, & hi repelluntur ab ordinum susceptione: quidam verò licèt non impediant, offuscant tamen notabiliter personæ dignitatem, & deturbant, vt abscissio nasi. Hinc est quod habens oculum erutum indistinctè prohibetur ordinari, siue propter sui culpam erutus fuerit, siue non. *Can. si Euangelica.* 55. *dist.* nec surdus debet ordinari, vt in *can.* 76. Apostolorum statutum est: nec ille qui auriculam, vel partem notabilem auricularum amputatam habet pro crimine: nec ille qui auriculam amisit, per se ipsum amputatam, nec per alium culpa sua, est ordinandus.

3. *Oculi defectus impedit.*

4. *Surdus*

5. *Auricula*

6. *Digiti.* Qui partem cuiuslibet digiti, sibi ipsi volens abscidit, hunc ad clerum Canones non admittunt, nisi casu fieri contingat, tunc digni sunt venia.

nia. *c qui partem. 55 distin.*

Mutus à natiuitate, vel alio casu factus, ordinandus non est, nec ille, cui ita impedimentum ingens adhæret linguæ, vt verba clarè explicare nequeat. 7. *Mutus.*

Quidam autem sunt membrorum defectus, qui non impediunt executionem officij, nec inducunt notabilem deformitatem, in facie, vel in corpore vt in eunucho: & tunc si ex culpa sua fuerunt virilia amputata, non est ordinandus. *canon. si quis absciderit. cap. hi qui 55. distin. cap. significauit. de corpore vitiatis.* si autem sine culpa sua inciderit quis in huiusmodi damnum, tunc non est repellendus. *Can. eunuchus. 55. distin.* idem dicendum est de illo, qui pro ægritudine fecit sibi virilia secar, vel amputari. *cap. si quis pro ægritudine. 55. dist.* Nec est necesse seruare carnem illam siccam, vel puluerem, vt rustici opinantur. 8. *Eunuchi.*

8. *Cludus*

De claudo, an possit promoueri, & promotus tolerari de hoc *in cap. si quis in infirmitate. distin. 55. ibi. dicitur*, quod sic, si tamen possit solus sine baculo ambulare, & sine deformitate incedere.

De

obedientiæ, vel religionis recessus. Et sic triplex potest dici apostasia, à fide, religione, & obedientia, & quæcumque ex istis repellit ordinandũ: vt de prima patet, cum omnis apostata à fide, hæreticus dicatur & infidelis, & ipso iure excomunicatus, *cap. ad abolendam. de hæretic.* De secũda, quę incurritur per temerariam habitus desertionem, cum assumptione sæcularis vitæ, similiter patet, cum tales etiam sint excommunicati ipso. *per tex. in cap.* 2 *ne Cleric. vel facto monach.* 6.

19. *Apostata ab obediẽtia an possit ordinari?* De apostasia ab obedientia potest dubitari cum per illam non sit quis excommunicatus, licèt possit excommunicari, ob inobedientiam; infamiam tamen incurrit, *can. si quis à suo* 3. *q.* 4. *&* *à* testimonio repellitur. *can. si autem.* 11. *q.* 3. *&* tunc infamia præcedente, repellitur ab ordinibus.

20. *Infames.* Infames etiam prohibentur ordinari *cap. omnipotens Deus de accusatio, cap. infames.* 3. *q.* 7. *c. infames.* 6. *quæst.* 1.

21. *Pœnitentes.* Qui solemnem pœnitentiam egit, etiam prohibetur ordinari, scilicet

pro

pro aliquo crimine: de qua *in can. in capite. distin.* 50. quæ scilicet consueuit imponi pro graui crimine publico & vulgatissimo, quod totum orbem vel locum commouit. *can. vltim. 26. quæst. 6.*

Ordinandus similiter non debet esse irregularis: quia irregularitas est impedimentum, quo quis prohibetur ad ecclesiasticos ordines promoueri, & in eisdem ministrare. *cap. vlt. de temporibus ordin. de quo infra de irregularitate.* *22. Irregulares.*

CAPVT. II.

DE QVALITATIBUS ordinandorum.

Diuus Paulus ad Timot. 3. docet qualitates ordinandorum: & licèt Apostolus ad Episcopum pertinere dicat, extenduntur tamen ad alios clericos ordinandos, *vt in can. Apostolus. dist. 81. can. cognoscamus. 34. dist.* continenturq; in his Versibus.

Primum præcipitur, quod sit sine crimine præsul,

Monogamus, sobrius, prudens, ornatus & hospes,

Casta

Casta docens, non percussor, non litigiosus.

Ordinãdorum qualitates.

Non cupidus, bene dispositus, nonue neophitus.

Talis apostolica, vt præsit, regula iussit.

Circa has regulas, aliqua summa notabimus.

2. Sine crimine.

Oportet *Primò* vt sit sine crimine; irreprehensibilem scilicet esse nam in mortali constitutus, promoueri non debet. *cap. ex tenore.* 4. *cap. ad aures* 5. *de tempor. ordin.* quòd si criminosus pœnitentiam egit, potest ordinari, supposita hac distinctione: nam crimen, aut est occultum, & tunc non impedit *Can. de his.* 50. *dist. dist. cap. ex tenore cap. ex literis, de furtis.* Si verò crimen sit publicum & enorme, ordinari non potest. *Can. Apost. dist.* 81. Nota tamen, quod criminosus, quomodocunque consideretur, potest ordinari, si crimen expressè ordinum susceptionem non intercidit.

3. Vnius vxoris

Secundò ordinandus sit vnius vxoris vir, quod est intelligendum, negatiuè, id est, non plurium, scilicet, qui nunquã habuerit plures vxores. *can. proposuit dist.* 82. quia tunc effici-

efficitur bigamus, & bigami prohibentur ordinari, *cap.* 1. *&* 2. *de bigamis non ordin.* Concil. Trident. *Sess.* 23. *cap.* 17. *de reformat.*

Tertiò, ordinandus sit sobrius, non vinolentus, ab ebrietate & crapula se abstineat, *capit. à crapula. de vita & honestate* Cler. Ebrietas fomes est, & nutrix omnium vitiorum, *can. ante omnia, dist.* 35. 4. *Sobri*[9].

Quartò, ordinandus sit prudens. debet enim habere triplicem prudentiam, scil. sacræ Scripturæ. *dist.* 36. *per totam*. Peritiam canonum. *can. ignorantia. distin.* 38. Item debet habere peritiam, id est, industriam sæcularium negociorum, *dist.* 39. 5. *Prudēs*

Quintò ordinandus sit pudicus, vt moribus, & verbis pudorem suum indesinenter ostendat. §. 1. 43. *dist.* 6. *Pudicus.*

Sextò, ordinandum oportet esse ornatum duplici ornamento, interiori scilicet quod consistit in virtutibus, iuxta illud Psal. *Sacerdotes tui induantur iustitiam*, & exteriori, quod in habitu, victu, & incessu decentibus consistit *dist.* 14. *per tot. Concil. Trid. Sess.* 14. *capit.* 6. *& Sess.* 22. *cap.* 2. *de reforma.* 7. *Ornatus.* *Psal.* 131.

Septi-

Septimò, ordinandus sit hospitalis,
8. *Hospi-talis*. vt scilicet sit de numero eorum, quibus dicitur hospes eram, & collegistis me: nam domus Clericorum, omnibus debet esse communis, *can. quoniam* 16. *q*. 1. & quidquid habent Clerici pauperum est. *Can. quiescamus. diu* 42.

Octauò, ordinandus sit Doctor,
9. *Doctor*. doceat verbo prædicationis, & exemplo bonæ operationis §. 1. *dist.* 43. quæ vero sciētia requiratur jsde sciētia ordinandorum.

10. *Non percussor*. *Nonò*, ordinandus nō sit percussor, sed modestè se gerat. *Can.* 1. *&* 2. *distin* 4. Percussio est duplex, spiritualis scilicet, vt quando sermone inutili percutit, seu lædit alicuius famam. Alia est corporalis, & hæc indistinctè prohibetur. Clericus neminem debet suis manibus verberare. *can. non liceat*. 86. *dist. authen. de sanctis Episcopis*. § *sed neque proprijs*.

Decimò, ordinandus non sit litigio-
11. *Non litigiosus*. sus: quia tales cōlueuerunt esse adulatores, & detractores, & inter fratres discordias seminantes, & ita non poterunt ad concordiam fratres reuocare, vt tenentur ex officio facere.

Vndeci-

Vndecimò, ordinandus non sit cupidus, id est, non auarus, §. 1. *dist.* 47. quia cum Clericus debeat habere mentē liberā à terrenis, non poterit bonorū auctori Deo adhærere, quia cupiditati & auaritiæ inseruit. *can. virum. can. bonorum auctori*, 47. *dist.* 12. *Non cupidus.*

Duodecimò, domui suæ bene præpositus, scilicet conscientiam suam honestè regat, eam à vitijs liberet, seruet, ac custodiat 13. *Præpositus.*

Decimotertio, neophitus etiam prohibetur ordinari, id est, nouus in fide, vel etiam in religione, & in nostro regno dicuntur (*nueuos conuertidos*) per rationes traditas. *dist.* 48. *per tot.* 14. *Non neophitus.*

Enitendum etiam est, vt Clericis, pro ætatis qualitate, officia conferantur. Et licèt attento iure antiquo, diuersæ ætates erant præfixæ. *can. in singulis.* 77. *distin. Clemen. generalem. de ætat. & qualit. ordin. can si quis.* 78. *dist. sed nos*, tempus, à Triden. Concil. patribus constitutum, seruandum duximus. Ad primā tonsuram clericalem idonei censentur, in ea ætate constituti, in qua scire possunt, vitam clericalem ad præstan- 15. *Ætas, quæ?*

ſtandum cultum Deo elegiſſe; quod in ætate quatuordecim annorum euenire poſſe certũ eſt. Minores ordines, poſt primam tonſuram, quocunque tempore licitum eſt recipere. Ad Subdiaconatus ætatem 22. Ad Diaconatus 23. Ad præsbyteratus 25. annorum Synodus Tridentina prȩfixit. *Seſſ. 23. c. 4. & 12. in Decreto, de refor. &* ſufficit vt prædictum annum attingant, ſeu inchoatum habeant.

16. *Tit.* Cum non deceat eos qui diuino miniſterio adſcripti ſint, cum ordinis dedecore mendicare, aut ſordidum aliquem quæſtum exercere, propterea prouiſum fuit, vt nullus ordinetur ſine titulo beneficij, aut patrimonij, & conſtet cum illo poſſe congruè ſuſtentari. Concil. *Trid. Seſſ. 21. cap. 2. de reformat.*

17. *Patrimonium habentes an poſſint ordinari?* patrimonium habentes, vel aliud vnde viuere poſſint, poterunt ordinari de licentia Epiſcopi, ſi vtilitas Eccleſiæ illud expoſcat, vt ſynodus Tridentina prædixit. Ordinatus cum titulo ficto, vel ordinatus cum patrimonio, & clam fecit pactum de renunciando donatori, eſt ſuſpenſus. Et ordinandi ad titulum patrimonij,

nij, debent illud possidere ex donatione, legatione, vel emptione, vel alio titulo vero. Quare obseruandum est, vt sic ordinandi, probent quo titulo illud possideant, & ostendant actum donationis, & possessionis insinuatæ, & quod constet remanere etiam sufficientem victum donatori, vt sic euitentur inconuenientia, & fraudes in ordinatis ad titulum patrimonij.

CAPVT III.

De corpore vitiatis.

1. Corpore vitiati non sunt ordinandi. Leuit. 21.

SVperna voce ad Moysem dicitur, *loquere ad Aaron: homo de semine tuo, qui habuerit maculam, non offeret panes Domino Deo suo, nec accedet ad ministerium eius. si cæcus fuerit, si claudus, si vel paruo, vel grandi, vel torto naso, si fracto pede, vel manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginẽ in corpore, vel herniosus, &c. quæ* licèt omnia moraliter exponantur. *can.* 1. 49. *dist.* quædam tamen ex his seruantur ad literam, quædam verò arbitrio ordinarij relicta sunt. Quamobrem, patres nostri retule

runt,

nia. *c qui partem. 55 distin.*

Mutus à natiuitate, vel alio casu factus, ordinandus non est, nec ille, cui ita impedimentum ingens adhæret linguæ, vt verba clarè explicare nequeat. 7. *Mutus.*

Quidam autem sunt membrorum defectus, qui non impediunt executionem officij, nec inducunt notabilem deformitatem, in facie. vel in corpore vt in eunucho: & tunc si ex culpa sua fuerunt virilia amputata, non est ordinandus. *canon. si quis absciderit. cap. hi qui 55. distin. cap. significauit. de corpore vitiatis.* si autem, sine culpa sua inciderit quis in huiusmodi damnum, tunc non est repellendus. *Can. eunuchus. 55. distin.* idem dicendum est de illo, qui pro ægritudine fecit sibi virilia secar, vel amputari. *cap. si quis pro ægritudine. 55. dist* Nec est necesse seruare carnem illam siccam, vel puluerem, vt rustici opinantur. 8. *Eunuchi.* 8. *Cludus*

De claudo, an possit promoueri, & promotus tolerari de hoc *in cap. si quis in infirmitate. distin. 55. ibi. dicitur*, quod sic, si tamen possit solus sine baculo ambulare, & sine deformitate incedere. De

De habente maculam in oculo, dicendum est, quod nisi nimiam inducat deformitatem, non est repellendus, de hoc in *cap. cum de tua. 2 de corpore vitiat.*

De furiosis autem, lunaticis, & dæmoniacis, pro his recurrendum est ad textum, & *glos. in Can. com-*
9. *Furiosus.* *muniter. 33. dist. qui prohibentur ordinari.*

Illi verò qui morbo epileptico
2. *Epilepticus* laborant, non debent ordinari, nisi per annum, arbitrio Episcopi, inueniantur liberi, vide *tex. in can. nuper.*

11. *Gibosus.* De gibbosis verò dicendum est, quod non sunt repellendi, nisi nimia sit debilitas, aut deformitas: idem di-
1. *Leprosus.* cēdum est de leprosis: in quibus omnibus poterit Episcopus dispensare,
13. *Vinū non bibens.* cognita causa, & cum consilio suorum, si viderit expedire, iuxta *text. in c. 2. de corpore vitiatis.* Ille verò qui vinum bibere non potest, & per consequens nec calicem sumere, ordinari non debet: vt notat *glos. in Can. ipsi apostoli. 2. q. 7.*

CAPVT

CAPVT IV.

DE SCIENTIA ET EXA- *mine ordinandorum.*

DEbet præterea Episcopus ordinator de Scientiæ sufficientia promouendos examinare, an sciant, quæ ad ipsorum officij cōditionem pertinent; nam, vt inquit Gelasius Papa, illiteratos nullus præsumat ad Clericatus ordinem promouere; quia literis carēs, sacris nō potest esse apt⁹ officiis: *can. illiteratos. 36. dist.* & ad idem est *tex. in can. præcipimus. 34. dist. cap. fin. de tempor. ordin. in 6. Concil. Trid. Sess. 23 c 7. de refor* nam ordinatus sine examine deponendus est. *Can. fin. 24. dist.* *Examinandi.*

Si vero quis sit dignus, cuius sufficientia est nota, vt quia est doctor in sacra Theologia, vel iure Canonico, talis nō est examinandus *arg text. in Can. nullus ordinetur. 24. dist.* Sed quia nullus se debet idoneum reputare, ideo relinquitur hoc arbitrio ordinarij. Regulares etiam sunt examinandi ab ordinarijs, priuilegiis quibuscunque non obstan- *An Doctor sit examinandus?*

tibus. *Concil. Trid. Seß. 23. c. 12. in fin. de reform.*

In primam tonsuram.

Ordinandi in primam tonsuram, oportet, vt sint legitimi, confirmati, non Iudæi, neque infames, vel crimine notati, ac deuotionis fauore ad alios vlteriores ordines promoueri desiderent, hi examinentur in rudimentis fidei, an legere & scribere sciant, & an fidem catholicam firmiter teneāt. *Can. quando. dist. 24.*

Examinatores ne fauoribus indigum admittēt.

Illis quibus committitur examinatio, caueant ne fauoris, precum, vel muneris gratia, indignum ad sacros ordines promouendum manibus Episcopi applicent. *glos. in can. quando, dist. 23.* grauiter enim peccant Episcopi, & examinatores, qui promouent indignos. *Can. tales. dist. 23.* Examinatio ad Archidiaconum pertinet de iure. *capit. vt nostrum de offic. Archid.*

Ad minores ordines requirantur?

Ad minores ordines promouendi, bonum à Parocho, & à magistro scholæ, habeant testimonium. Parochus de vita, moribus, & frequētatione Sacramentorum, testimonium ferat: magister vero scholæ, de bona indole, lectionum frequentatione,

tione, discendi desiderio, in schemate testificetur: hi examinentur, an sciant ea quæ ad cuiusq; ordinis officium pertinere dignoscuntur, examinenturque in scientiis, seu arte, in quibus ipse ordinandus versatur, & ea quæ sectione prima notantur, memoria teneantur.

Ad Maiores. Ad maiores ordines promouẽdi, intra mensem, ante ordinationem, literas ab ordinariis habeant, quæ vulgò appellantur *publicata*, & Parocho aut alteri, cui maluerit Episc. remittat, acceptis quibus, proprius Parochus, in die festo, tempore quo populus congregatur, publicè desideriũ ordinandi manifestat, deque ordinãdi natalibus, vita, moribus, à fidedignis testibus diligenter inquirat, literas testimoniales (ipsa Inquisitioné facta) vndique clausas, ac sigillo munitas ad Episcopũ, quã primũ trãsmittat: quæ omnia in nostro Archiepiscopatu obseruãtur, iuxta formam Concil. Trid. *Sess. 23. cap. 5. de ref.* Examinantur præterea, vt sciant congruè construere, sacramenta administrare, & de Sacramentis plenã habeant cognitionẽ, & sciant

ea quæ infra sectione 3. & 4. notantur, & in aliis arbitrio ordinarij examinentur.

Confiteatur prius ordinãdus. Ordinãdus prius per confessionẽ se præparet, in peccato mortali non accedat. *cap. ad aures. de tempor. ordin.* non accipiat eodem die minores ordines cum subdiaconatu; nec simul duos sacros ordines, sed gradatim. *capit. literas de tempor. ordin. Conc. Trid. Sess. 23. cap. 11. de refor.* & non nisi post annum, à susceptione postremi gradus minorum ordinum, ad sacros ordiues promoueatur: nisi necessitas aut Ecclesiæ vtilitas, iudicio Episcopi, aliud exposcat. *dict. c. 11.* *Ieiunus à ieiuno ordinatur.* Ieiunus à ieiuno ordines recipiat, Missam in qua ordinatur totaliter audiat, tangat omnia quæ sunt tangenda in susceptione ordinis. *can perlectis dist 21.* Per saltum non accipiat ordines, nec ab alieno Episcopo, nisi de licẽtia proprii, *Concil. Trid. Sess. 23. c. 7.*

Quo tempore ordinationis fiant. Ordinationes fiunt in Sabbatho, quia Sabbathum significat requiem: nam qui transit ad clericatum, de labore sæcularium negotiorũ, transit ad spiritualium requiem rerum; & sex

& sex temporibus anni, scilicet Sabbathis quatuor temporum, in Sabbatho ante Dominicam Passionis, & in Sabbatho sancto. *Can. fin. dist.* 75. *de temp. ordin.* nisi aliter fuerit dispẽsatum. Minores ordines conferri possunt singulis Dominicis diebus, dummodo non videatur facere ordinationem generalem. cap. 1. & 2. de tempo. ord. Prima tonsura omni die conferri potest, capit. consultationi. de tempor. ordin. *Sess.* 23. *cap.* 8. *de ref.* Ordines debent in Ecclesia Cathedrali conferri. *Can.* 1. *dist.* 93. sed de consuetudine, Episcopi arbitrio relinquitur. *Conc. Tri. Sess.* 23. *cap.* 8. *de reformat.*

CAPVT V.

ANIMADVERSIONES CIRCA ordinantem, & ordinatum.

ORdinatio à legitimo fiat Episcopo, nõ ab illo, qui renuntiauit Episcopatui *c.* 1. *de ordinatis ab Episcopo qui renũtiauit episcopatui.* Nec ab excõmunicato. *can.* 1 *prim. q. prim. cap.* 2. *de ordinat. ab Episcopo. qui renunt.* Nec à simoniaco, nec simoniacè, *c.* *glos. de simonia. can. reperiuntur.* *1. Ordinatio à legitimo Episcopo.*

untur. 1. *q.* 1. *can. quando* 24. *dist. Conc. Trid. sess.* 24. *c.* 18. *de refor. vers. caueat.*

Gradatim & non per saltum. Ordinatio debet fieri gradatim, & non per saltum; alias promotus esset suspensus, ab executione ordinis suscepti, patet *toto tit. de Clerico* per saltũ promoto: est similiter suspensus, qui plures ordines sacros vno die assumit. *cap. literas, cap. dilectus, de Clerico per saltum promoto.*

Litera dimissoria non expirant morte concedentis. Literæ commendatitiæ, seu dimissoriæ (quas *reuerendas* vocant) ad ordines suscipiendos, non expirant morte concedentis; nec etiam si concessæ sint à capitulo sede Episcopali, vel Archiepiscopali vacãte. *ex tex. si super gratia de offic. deleg. in* 6. Ita resoluunt sequentes doctores. *Cardin. in clem. fin. q.* 5. *de elect. Nauar. in can. Placuit nu* 163. *de pœnit. dist.* 6. *Manuel Rodriguez, in sum.* 2. *par. cap.* 14. *nu.* 5. *Petrus Ledes. in sum. de sacram. ordinis, cap.* 8. *conclus.* 4. *D. Henriq. in sum. Theol. moralis lib.* 10. *de sacram. ordinis, cap.* 22. §. 3. *eleganter Gutier. lib.* 2. *canonicar. quæst. cap.* 17. *per totum.*

Capitu. sede va- Sede vero vacante capitulum vel illius Vicarius, in collegiata Eccle-

sia,

sia, aut cathedrali, non potest concedere reuerendas, nisi post annum à die vacationis, nisi illis, qui vel occasione beneficii recepti, vel recipiendi, quod habet onus sacri ordinis arctatus sit, ex Concil. Trid. *Sess.* 7. *cap.* 10. *&* *Sess.* 23. *cap.* 10. *facit.* *Sess.* 21. *cap.* 2. *cante, vt concedat dimissorias.*

SECTIO III.

DE SEPTEM ECCLESIÆ Sacramentis.

OMnes in Adam peccauerunt, & egẽt gratia Dei; inquit, D. Paulus: Natura humana post Adæ lapsum considerata, ad statum originalis iustitię, scilicet gratiæ, nisi mediante Christi reparatione, peruenire nõ poterat Sed illius, adeò fuit abũdans & efficax, vt omnẽ langorem, morbũ, culpã, animæq; fæditatẽ, ad integrũ vsq; purgauerit. Dolores nostros ipse tulit, & lãguores nostros ipse portauit: cuius infinita virtus, ex sacro fonte Christo, septem riuulis, scilicet septem Sacramentis in omnes diffunditur, quæ ab ipso conuenienter instituta, in numero septennario sunt cõprehẽsa: conue- Ad Roman. 3. *Passio Christi, nostra salutis remedium.* Isai. 53. *Sacramenta quod à septem.*

 nien-

nientissimè tamẽ, nam septem sunt vulnera, quibus infirmatur humanum genus. *Primum* vulnus est originale peccatum, quasi fundamentum aliorum criminum: contra hoc Baptismus. *Secũdũ* est peccatũ mortale, cõtra quod est Pœnitentia. *Tertium* est peccatum veniale, contra hoc appropriate institutum est oleum Extremæ vnctionis. *Quartum* est infirmitas, & debilitas, ad bonũ operandum, contra quod est Confirmatio. *Quintum* est malitia, torpor ad cælestia, affectio ad terrena, contra hoc est Eucharistia. *Sextum* est mentis hæbetudo & ignorantia mysteriorum fidei, contra quam est Ordo. *Septimum* est concupiscentia, contra quam est Matrimonium.

Septem Sacramẽta disponunt ad septem virtutes.

Septem itẽ Sacramenta, disponũt nos ad septem virtutes, nam Baptismus est Sacramentum fidei. Confirmatio, spei: Eucharistia, charitatis. Pœnitentia iustitiæ. Extrema vnctio, perseuerantiæ, quæ est fortitudinis complementum. Ordo, prudentiæ. Matrimonium temperantiæ.

In Sacramentis, est quædam animæ regeneratio spiritualis, quæ similitudinem habet cum corporali, hac ratione, nam perficitur vita perfectione prima, per generationem, sic loco istius succedit baptismus, cum homo mortuus per peccatum, recipiat vitam per lauacrum regenerationis & renouationis. Secunda perfectio, est augmentum, cui succedit Sacramentum Confirmationis. Tertia perfectio vitæ corporalis est nutritio, cui succedit Eucharistia. Sed quoniam frequenter homo infirmatur, & medicamine indiget, succedit similiter Pœnitentia, & Extrema vnctio, ad reliquias peccatorum expellendas. In ordine ad communitatem perficitur homo dupliciter, vno modo suscipiendo potestatem regendi, & loco istius succedit ordo: Alio modo secundum naturalem propagationem, & ad hoc deseruit matrimonium.

Sacramenta fuvetteri lege præfigurata.

Et quia status Iudaicæ legis, fuit quasi totus figuralis legis gratiæ, iuxta illud D. Pauli. ***Hæc autem omnia erunt in in figura contingebant***, ideo hæc nouæ legis Sacramenta, fuerunt in ve-

ſeu religionis arcanum, ſeu myſterium: vnde Tob. dicitur *ſacramentum regis abſcondere bonum eſt*, & nec primo, nec ſecundo modo ſumitur in propoſito. Tertio modo ſumitur & in propoſito noſtro, pro ſigno ſacræ rei, ſeu pro myſterio, vt Græci & D. Augnſt. inquit, Sacramentum eſt ſacræ rei ſignum. *canon. ſacrificium. de conſecra. diſtin. 2.* Tob. 2.

Sacramentum ſic definitur, eſt inuiſibilis gratiæ, viſibile ſignum, ad noſtram iuſtificationem inſtitutum. In vnoquoque ſacramento duo ſunt conſideranda, alterũ eſt ſacramentum, id eſt, ſignũ externum quod auribus & oculis percipitur: & aliud eſt res ſacramenti, ſcil. gratia. *Sacramenti definitio.*

Signum eſt res, quæ præter ſpeciem, quam ingerit ſenſibus, facit in cognitionem alterius venire. *can. ſignum. de conſecra. diſtin. 2.*

De fide determinatum eſt, nouæ legis Sacramenta eſſe tantùm numero ſeptem, nec plura nec pauciora. *cap. ad abolen. de hæretic. Concil. Trident. Seſſ. 7. Can. 1.* quæ ſunt Baptiſmus, cõfirmatio, Euchariſtia, Pœnitẽtia, Extrema vnctio. Ordo, *Sacramenta quot ſint.*

& Matrimonium De quibus omnibus Propheta Regius est vaticinatus seriatim à baptismate, incipiens
Psal. 28. in illo perquam pulchrè Psal. *Afferte Domino* &c quem hic declarare nostri tractatus resolutio non patitur, iam alias docuimus.

Qua dicuntur sacramēta? Propterea dicuntur sacramenta, quia sunt signa inuisibilis gratiæ, nam sub tegumento corporalium rerum, diuina virtus secretiùs salutem operatur.

Sacramenta noua legis differunt à sacramentis veteris legis. Differunt sacramenta nouę legis, à sacramentis veteris legis: quia nostra sacramenta sunt signa & causa gratiæ; illa vero erant tantum signa, & illa promittebāt gratiam quā non cōtinebāt: nostra vero dant gratiam quā cōtinent. Hinc D. Augustinus: sūt nostra sacramēta, inquit virtute maiora, vtilitate meliora, numero pauciora, intellectu augustiora, ob-
Ioan. c. 1. seruatione faciliora, significatione præstantiora. Vnde præter id quod significant, sanctificant etiam adeò vt filij Dei nominemur & simus.

Sacramēta omnia fuerunt à Omnia sacramenta nouæ legis fuerunt à Christo redemptore nostro instituta, cōferuntque gratiam

ex opere operato. Concil. *Triden.* *Sess.* 7. *can.* 1. *&* 2.

Christo instituta.

Omnia sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus, tanquam materia, verbis tanquam forma, & persona ministri conferentis sacramentum, cum intentione faciendi quod Ecclesia facit. *can. de trahe.* 1. *quæst.* 1.

Tribus perficiuntur.

Omnia sacramenta sunt ad salutem necessaria, diuersimodè tamen: nam *quædam* sunt necessaria simpliciter & absolutè, vt baptismus. *can. non potest.* 4. *de consec. at. distin.* 2. *Quædam* sunt necessaria ex præcepto, vt Eucharistia semel in anno *cap. omnis vtriusque sexus. de pœniten. & remis.* *Quædam* sunt necessaria ex suppositione, vt Pœnitentia. *Quædam* sunt necessaria respectu Ecclesiæ, vt Ordo. *Quædam* sunt necessaria, quia per ea commodissimè consequimur finem vitæ æternæ, liberamur à tentationibus & periculis huius sæculi, vt Confirmatio, & Extrema vnctio. Matrimoniũ vero per propagationem conseruat multitudinem Ecclesiæ. Et tandem Ordo & Matrimonium dicuntur sacramenta vo-

Sunt ad salutem necessaria.

luntatis, reliqua vero necessitatis. *Concil. Triden. Sess. 7 can. 4.*

Tria sunt considerãda in sacramẽtu. In omni Sacramento tria sunt consideranda, sacramentum solum, res sola, sacramentum & res sacramenti simul, vt patet exemplo: Eucharistiam sumens in peccato mortali, recipit sacramen[...]m tantum, & non rem sacramenti, scilicet gratiam, communicans spiritualiter, quia non potest sacramentaliter, recipit rem sacramenti, scilicet gratiã, non autem sacramẽtum, ille autem qui digne communicat, recipit vtrumque, scilicet sacramentum & rem sacramenti. Habetur in *c. cum Martha. de celebrat. Miss.*

Sacramẽta qualiter vitientur. Cum omnia sacramenta, illis tribus constare & perfici dixerimus, constat posse vitiari per defectum cuiusuis: in materia, vt si quis baptizaret cum oleo, vino, non esset sacramentum, & sic de aliis. Similiter vitium in ministro contingere potest, vt si laicus consecraret, & absolueret, confirmaret, vel ordinaret, nihil sacramenti ageret. Idem dicẽdum si sine inuentione debita administrat. Vitium in forma contingit

tingit, quando variatur forma, mutatur significatio vel sensus, quando subtrahitur vel minuitur aliquod essentiale, quando formæ additur aliquid, quod corrũpit sensum, quando fit verborum interpollatio, ita quod non maneat sensus.

In sacramentis alia sunt de necessitate præcepti, & alia de necessitate sacramenti.

In sacramentis *quadam* sunt de necessitate præcepti, *quadã* verò de necessitate sacramẽti. De necessitate sacramenti sunt tria supradicta, quę si omittantur omnia, vel eorum ali quod, non est sacramentũ: alia sunt de necessitate præcepti, quæ licet omittantur, sacramentum perficitur: vt sunt cæremoniæ ecclesiæ, & alia quæ sacramentalia dicuntur: peccat tamen grauiter ex contemptu vel negligentia illa omittens. Omnia Sacramenta administrari possunt Latina lingua, Hebræa, Græca, Hispana, Italica: vel quacũque alia, seruet tamen Minister suæ Ecclesiæ ordinem seu ritum.

Quæ sacramenta sunt iterabilia.

Ex omnibus sacramẽtis, tria itera ri non possunt, scilicet Baptismus, Confirmatio, & Ordo, quia in illis imprimitur character. *Concil. Trid. Sess. 7. can. 9.* cætera omnia possunt iterari.

Cha-

Character quid? Character est signum spirituale indelebile, in anima impressum; quo anima insignitur ad suscipiendum vel aliis tradendum ea, quæ sunt diuini cultus.

Sacramentorum effectus. Sacramentorum effectus, est diuina vis seu gratia Dei, per debitam susceptionem ipsorum collata, & dicitur effectus communis & omnium Sacramẽtorum generalis; nam particularis effectus cuiusuis Sacramenti in tractatu particulari ipsorum patebunt.

CAPVT II.

De Sacramento Baptismi.

Figura sacramẽti Baptismi. SAcramentum Baptismi multis tum figuris, tum Prophetarum oraculis fuisse præfiguratum, ex diuinis Scripturis animaduertimus:
Gen. 6. diluuium enim quo mundus purgatus est, quod multa malitia hominum esset in terra, huius aquæ figuram & similitudinem gessisse A-
1. Petr. 3. postolorum Princeps Petrus ostendit. Et maris rubri transitum, eiusdem aquæ significationem habuis-
1. Cor. 10 se, D. Paulus ad Corinth. scribens
4. Reg. 5. exposuit. Tum etiam Naaman Syri ablu-

ablutiones, & probaticæ piscinæ admirabilis vis, huius Sacramenti virtutem significabant. Hæc aqua baptismi est, ad quam Isaias omnes sitientes inuitat: & Ezechiel à templo egredientem vidit. Isai. 44. & 55. Ezec. 36.

Baptizare Græcè, idem est, quod lauare, sic intelligitur illud Iudith. Exibat in vallem & baptizabat se. Descriptiones licet ex sacris Doctoribus diuersæ colligantur, aptior tamen, & accommodatior erit hæc. Baptismus est ablutio corporis exterior, aqua naturali facta, sub certa verborum forma, quę interius lauat animam à peccato. *Baptizare quid significet.* Iudit. 12. *Baptismi definitio.*

Baptismus triplex est, sanguinis, flaminis, & aquæ. *can. Baptismi vicem. 26. de consecrat. distin. 4.*

Baptismus fluminis, idem est quod Baptismus aquæ, vt quando quis Baptizatur aqua naturali, de quo Christus Dominus: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnũ Dei: de quo in præsenti est sermo.

Baptismus flaminis est, quando quis per infusionem gratiæ Spiritus sancti, inuisibiliter mundatur à *Baptismus flaminis.*

pecca-

peccato, vel est illi desiderium, seu inflāmata charitas recipiendi Baptismum aquæ. de quo *in cap. firmissimè. 15. quæst. 1.*

Baptismus sanguinis. Baptismus sanguinis est, quando quis etiam non baptizatus aqua, pro fide Christi Martyrium patitur, sicut innocentes ab Herode interfecti, de quo etiam Christus ipse dixit: baptismo quo ego baptizor, baptizari? Matth. 2. Mar. 10.

Sacramēti baptismi institutio. Sacramentum baptismi, sicut & cætera sacramenta instituit Christus Dominus & Redemptor noster, quando à Ioanne fuit baptizatus; vimque regeneratiuam contulit aquis, contactu suæ diuinæ carnis *can. nunquam 10. can. per aquam 9. de consecra. distin. 4.* Ioan. 1.

Cœpit obligare post Christi passionem & resurrectionem, cum Apostolis præcepit & dixit: Ite in vniuersum mundum, & prædicate euangelium omni creaturæ, &c. baptizantes eos, &c. *Matth. vlt.*

De materia sacramenti Baptismi.

Aqua est materia baptismi. MAteria conueniens & necessaria huius Sacramenti est aqua naturalis simplex, id est, quæ habet spe-

speciem aquæ. *Conc. Trid Sess 7. can. 2. de baptismo*, & hoc ex eo, quia Christus in aqua fuit baptizatus. *Secundo* quia cum sit Sacramentū tantæ necessitatis, oportuit vt materia esset adeò communissima, vt facillimè vbiq; posset reperiri. *Tertio*, propter significationem ablutionis interioris animæ.

An qualibet aqua sit materia. In qualibet aqua naturali potest fieri baptismus, siue sit maris, stagni, fontis, fluminis, paludis, pluuię: siue sit calida, frigida, turbida, clara, dulcis, vel amara, benedicta, vel non, recens, vel vetus: tum etiam in aqua resoluta ex niue, glacie, gelu, & rore cœli, potest etiam fieri in lixiuio, in aqua expressa ex luto, in brodio: dummodo ita sint, quod aquæ speciem non amitant, in gelu tamen, niue, & grandine nullus baptizet.

Saliua an sit materia. In saliua expresse prohibetur baptizare, nec erit materia aqua illa quę cadit ex arboribus, vitibus, nec vrina, sudor, lachrymę, vel aqua illa quæ sanguinem supernatat, cum vena aperitur, nec in artificialibus, vt aqua rosacea, nec similibus, quæ naturales non sunt.

De

De forma.

Forma baptismi. BAptismi forma hæc est: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen. Ita habetur Matth. vltim. refertur, *cap. 1. de Baptismo*, in quibus verbis exprimitur causa principalis, quæ est sancta Trinitas, & instrumentalis, quæ est minister, & persona baptizata.

In forma baptismi quæ sunt de necessitate? In qua forma aliqua sunt de substantia Sacramenti, vt hæc: Baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, sine quibus verbis non potest fieri Baptismus, expressio vero baptizantis, scilicet (ego) *Ego.* non est de substantia, sed ponitur ad maiorem expressionem, sicuti Græci modo baptizant, dicendo: Baptizetur seruus Christi N. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & vere baptizant, vt constat ex determinatione Concil. Florent. peccaret autem Latinus qui omitteret scienter (præceptum Ecclesiæ transgrediendo) & idem dicendũ est de ista dictione. (Amen.)

Te. Si verò loco (te) exprimeret quis baptizati nomen, esset Sacramentũ.

Idem

Idem dicendum eſt, ſi loco baptizo poneretur aliud verbum, vt abluo, mergo, lauo, aſpergo, eſſet Sacramentum.

Copulatiua coniunctio (&) eſt etiam de eſſentia formæ, ſicuti præpoſitio (in) & ly (in nomine) nam dicere in nominibus variaret formam, & per conſequens non baptizaretur. *Et In Nomine.*

Baptizare in nomine Chriſti, vel in nomine Sanctæ Trinitatis implicitè, non eſſet Sacramentum; licet antiquitus Apoſtolorum tempore, & tempore primitiuæ Eccleſiæ ex ſpeciali reuelatione ſic baptizabatur: hodie tamen non liceret ſic baptizare, quia illa diſpenſatio ſublata eſt: dubito tamē, an Apoſtoli ſub illa forma baptizauerint, ſed credo ſub communi forma baptizaſſe, ſcilicet. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Sed ad differentiam baptiſmi Ioannis, dixerunt oportere baptizari in nomine Chriſti, quaſi diceretur, baptiſmo Chriſti ſcilicet, Patris & Filii & Spiritus ſancti, vt colligitur ex doctrina Catech. *n.* 16. *Baptiſmus in nomine Chriſti, & in nomine Trinitatis an valeat?* Act. 19.

Si verò quis hac eſſet vſus forma:

In nomine genitoris, geniti &c. an valeat? ma: Ego te baptizo in nomine genitoris, geniti, & procedentis, grauis est quæstio, & grauissimorum Doctorum vtraque pars fulcita rationibus: communis tamen, & verior (vt credo) esset negatiua pars.

Verborum prolatio, & aquæ immersio, an debeat fieri in instanti? Verborum prolatio, & aquæ immersio debet simul fieri adeo, quod si immersio fieret ante prolationem verborum, vel post, non esset baptismus, nisi fuisset continuatio, vtputa post verborum prolationem statim esset ablutio, vel è contra.

De Ministro.

Sacerdos proprius est minister. ORdinarius Minister est Sacerdos, proprius parochus, vel alius Sacerdos de Episcopi, vel Parochi licentia.

An alij Sacerdotes, & Diaconi, sint ministri? Alii Sacerdotes aut Diaconi, sine Episcopi, aut Parochi licentia, aut his procul absentibus, baptizare non præsumant. *cap. 1. vbi glos. de Cleric. non ordi. minist.*

Ministerium necessitate. In necessitate, cum Episcopus, aut Presbyter, aut quilibet ministrorum non reperitur, & vrget periculum eius, qui petit, laicis, fœminis, infidelibus, hæreticis, non baptizatis permissum est baptizare, tantum

tum

tum enim valet baptiſmus per hominem cōtemptibilē, quam per Apoſtolum datus. Si tamen id facere ei propoſitum fuerit, quòd Eccleſia Catholica in eo adminiſtrando intendit. *can. mulier* 20. *can. in neceſſitate.* 21. *cum alijs, de conſecratione, diſtinct.* 4.

Eſt tamen ordo ſeruandus; nam vbi plures reperiuntur, minor cedere maiori, vtputa ſimplex Sacerdos non baptizet præſente Parocho, nec laicus præſente Clerico, nec mulier præſente viro, & ſic de reliquis, niſi inferior melius ſciret formam, quia tunc ipſe baptizabit. *In Miniſtris dignitas ſeruanda.*

Nullus poteſt ſe ipſum baptizare, cap. debitum, de Baptiſmo, nec duo poſſunt eſſe miniſtri, quando vnus eſt mutus, & alter mancus, & vnus profert formam, & alius baptizat. Poſſunt plures vnum baptizare ſi omnes proferunt formam, & miniſtrant aquam, ſicuti poteſt vnus plures baptizare. *An quis poſſit ſeipſum baptizare?*

De effectu Sacramenti Baptiſmi.

REmittit omnem culpā originalem & actualē, omnē pœnā peccatis debitam: gratiamq; ſimul cōfert,

Originale remittit peccatum. fert, adduntur huic gratiæ nobilissimi omnium virtutum comitatus, & in anima cum gratia diuinitus infunduntur: vitatur damnationis periculum, & aperitur regnum cœleste, remittitur etiam in parte fomes peccati, tollit omnem irregularitatem (excepta bigamiæ) & omnem infamiam, Christoque capiti tanquam membra copulamur, & connectimur per baptismum.

Exorcism. & Catechi. requiratur ante baptismũ. Siue paruuli, siue iuuenes ad regenerationis veniãt Sacramentum, non prius fontem vitæ adeant, quã exorcismis, & catechismis, fidei recipiant rudimenta: in adultis requiritur fides propria, in paruulis autẽ fides aliena.

In adultu qua pœnitentia requiritur? Omnis qui suæ voluntatis arbiter constitutus est, cùm accedit ad Sacramentum fidelium, nisi eum pœniteat veteris vitæ, nouam non potest inchoare. *cap. omnis. 26. de consecr. dist.* 4. Hæc autem non est pœnitentiæ Sacramentum, sed quędam veteris vitæ displicentia. Nam gratia Dei in baptismo non requirit gemitum, non requirit planctum, sed gratis omnia condonat.

De

De ritibus, & alijs in Baptismo requisitis.

SAcramentum Baptismi iterari non debet, quamuis sit absque Ecclesiæ cæremoniis collatum, & ab indigno Ministro administratū: fiuntque rebaptizantes irregulares; *c. fin. de Baptismo.* Si quis de baptismo nihil recordetur, & dubitet sit baptizatus necne, poterit sub conditione baptizari: si non es baptizatus,&c. quoniam non potest in iterationis crimen veniri, quando omnino factum esse nescitur. *Sacramentum baptismi non potest iterari.*

Baptizato in necessitate domi, sunt adhibendæ in Ecclesia cæremoniæ,quæ defuerunt. *can. Spiritus sanctus.* 1.q.1. nec licet extra Ecclesiam baptizare, nisi in necessitate, aut Principis filium, *Clem. vnica de Baptismo.* *De baptizato domi*

Verus est Baptismus, datus volenti baptizari,sed non credenti: sicut est verus Baptismus,qui datur à volente baptizare, sed non credente. *De baptizato, & baptizãte volenti, & nõ credenti.*

Validus est Baptismus,datus dormienti, vel amenti, si ante baptizari voluerunt: item qui datur furioso, *De baptismo dato*

Character quid? Character est signum spirituale indelebile, in anima impressum; quo anima insignitur ad suscipiendum vel aliis tradendum ea, quæ sunt diuini cultus.

Sacramentorum effectus. Sacramentorum effectus, est diuina vis seu gratia Dei, per debitam susceptionem ipsorum collata, & dicitur effectus communis & omnium Sacramẽtorum generalis, nam particularis effectus cuiusuis Sacramenti in tractatu particulari ipsorum patebunt.

CAPVT II.

De Sacramento Baptismi.

Figura sacramẽti Baptismi. SAcramentum Baptismi multis tum figuris, tum Prophetarum oraculis fuisse præfiguratum, ex di-
Gen. 6. uinis Scripturis animaduertimus: diluuium enim quo mundus purgatus est, quod multa malitia hominum esset in terra, huius aquæ figuram & similitudinem gessisse A-
1. Petr. 3. postolorum Princeps Petrus ostendit. Et maris rubri transitum, eiusdem aquæ significationem habuis-
1. Cor. 10 se, D. Paulus ad Corinth. scribens
4. Reg. 5. exposuit. Tum etiam Naaman Syri ablu-

ablutiones, & probaticæ piscinæ admirabilis vis, huius Sacramenti virtutem significabant. Hæc aqua baptismi est, ad quam Isaias omnes sitientes inuitat: & Ezechiel à templo egredientem vidit. Isai. 44. & 55. Ezec. 36.

Baptizare Græcè, idem est, quod lauare, sic intelligitur illud Iudith. Exibat in vallem & baptizabat se. Descriptiones licet ex sacris Doctoribus diuersæ colligantur, aptior tamen, & accommodatior erit hæc. Baptismus est ablutio corporis exterior, aqua naturali facta, sub certa verborum forma, quę interius lauat animam à peccato. *Baptizare quid significet.* Iudit. 12. *Baptismi definitio.*

Baptismus triplex est, sanguinis, flaminis, & aquæ. *can. Baptismi vicem. 26. de consecrat. distin. 4.*

Baptismus fluminis, idem est quod Baptismus aquæ, vt quando quis Baptizatur aqua naturali, de quo Christus Dominus: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnũ Dei: de quo in præsenti est sermo.

Baptismus flaminis est, quando quis per infusionem gratiæ Spiritus sancti, inuisibiliter mundatur à *Baptismus flaminis.*

pecca-

peccato, vel est illi desiderium, seu inflãmata charitas recipiendi Baptismum aquæ. de quo *in cap. firmissimè. 15. quæst. 1.*

Baptismus sanguinis. Baptismus sanguinis est, quando quis etiam non baptizatus aqua, pro fide Christi Martyrium patitur, sicut innocentes ab Herode interfecti, de quo etiam Christus ipse dixit: baptismo quo ego baptizor, baptizari? *Matth. 2.* *Mar. 10.*

Sacramẽti baptismi institutio. Sacramentum baptismi, sicut & cætera sacramenta instituit Christus Dominus & Redemptor noster, quando à Ioanne fuit baptizatus; vimque regeneratiuam contulit aquis, contactu suæ diuinæ carnis *can. nunquam* 10. *can. per aquam* 9. *de consecra. distin.* 4. *Ioan. 1.*

Cœpit obligare post Christi passionem & resurrectionem, cum Apostolis præcepit & dixit: Ite in vniuersum mundum, & prædicate euangelium omni creaturæ, &c. baptizantes eos, &c. *Matth. vlt.*

De materia sacramenti Baptismi.

Aqua est materia baptismi. MAteria conueniens & necessaria huius Sacramenti est aqua naturalis simplex, id est, quæ habet spe-

speciem aquæ. *Conc. Trid Sess 7. can. 2. de baptismo*, & hoc ex eo, quia Christus in aqua fuit baptizatus. *Secundo* quia cum sit Sacramentũ tantæ necessitatis, oportuit vt materia esset adeò communissima, vt facillimè vbiq; posset reperiri. *Tertio*, propter significationem ablutionis interioris animæ.

In qualibet aqua naturali potest fieri baptismus, siue sit maris, stagni, fontis, fluminis, paludis, pluuię: siue sit calida, frigida, turbida, clara, dulcis, vel amara, benedicta, vel non, recens, vel vetus: tum etiam in aqua resoluta ex niue, glacie, gelu, & rore cœli, potest etiam fieri in lixiuio, in aqua expressa ex luto, in brodio: dummodo ita sint, quod aquæ speciem non amitant, in gelu tamen, niue, & grandine nullus baptizet. *An qualibet aqua sit materia.*

In saliua expresse prohibetur baptizare, nec erit materia aqua illa quę cadit ex arboribus, vitibus, nec vrina, sudor, lachrymę, vel aqua illa quæ sanguinem supernatat, cum vena aperitur, nec in artificialibus, vt aqua rosacea, nec similibus, quæ naturales non sunt. *Saliua an sit materia.*

De

De forma.

Forma baptismi. Baptismi forma hæc est: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen. Ita habetur Matth. vltim. refertur, *cap. 1. de Baptismo*, in quibus verbis exprimitur causa principalis, quæ est sancta Trinitas, & instrumentalis, quæ est minister, & persona baptizata.

In forma baptismi quæ sunt de necessitate? In qua forma aliqua sunt de substantia Sacramenti, vt hæc: Baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, sine quibus verbis non potest fieri Baptismus, expressio vero baptizantis, scilicet (ego) non est de substantia, sed ponitur ad maiorem expressionem, sicuti Græci modo baptizant, dicendo: Baptizetur seruus Christi N. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & vere baptizant, vt constat ex determinatione Concil. Florent. peccaret autem Latinus qui omitteret scienter (præceptum Ecclesiæ transgrediendo) & idem dicendũ est de ista dictione. (Amen.)

Ego.

Te. Si verò loco (te) exprimeret quis baptizati nomen, esset Sacramentũ.

Idem

Idem dicendum est, si loco baptizo poneretur aliud verbum, vt abluo, mergo, lauo, aspergo, esset Sacramentum.

Et In Nomine.

Copulatiua coniunctio (&) est etiam de essentia formæ, sicuti præpositio (in) & ly (in nomine) nam dicere in nominibus variaret formam, & per consequens non baptizaretur.

Baptismus in nomine Christi, & in nomine Trinitatis an valeat?

Baptizare in nomine Christi, vel in nomine Sanctæ Trinitatis implicitè, non esset Sacramentum; licet antiquitus Apostolorum tempore, & tempore primitiuæ Ecclesiæ ex speciali reuelatione sic baptizabatur: hodie tamen non liceret sic baptizare, quia illa dispensatio sublata est: dubito tamē, an Apostoli sub illa forma baptizauerint, sed credo sub communi forma baptizasse, scilicet. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Sed ad differentiam baptismi Ioannis, dixerunt oportere baptizari in nomine Christi, quasi diceretur, baptismo Christi scilicet, Patris & Filii & Spiritus sancti, vt colligitur ex doctrina Catech. *n.* 16. Act. 19.

Si verò quis hac esset vsus forma:

In nomine genitoris, geniti &c. an valeat? ma: Ego te baptizo in nomine genitoris, geniti, & procedentis, grauis est quæstio, & grauissimorum Doctorum vtraque pars fulcita rationibus: communis tamen, & verior (vt credo) esset negatiua pars.

Verborum prolatio, & aqua immersio, an debeat fieri in instanti? Verborum prolatio, & aquæ immersio debet simul fieri adeò, quòd si immersio fieret ante prolationem verborum, vel post, non esset baptismus, nisi fuisset continuatio, vtputa post verborum prolationem statim esset ablutio, vel è contra.

De Ministro.

Sacerdos proprius est minister. ORdinarius Minister est Sacerdos, proprius parochus, vel alius Sacerdos de Episcopi, vel Parochi licentia.

An alij Sacerdotes, & Diaconi, sint ministri? Alii Sacerdotes aut Diaconi, sine Episcopi, aut Parochi licentia, aut his procul absentibus, baptizare non præsumant. *cap. 1. vbi glos. de Cleric. non ordi. minist.*

Ministerium necessitate. In necessitate, cum Episcopus, aut Presbyter, aut quilibet ministrorum non reperitur, & vrget periculum eius, qui petit, laicis, fœminis, infidelibus, hæreticis, non baptizatis permissum est baptizare, tantum

tum enim valet baptismus per hominem cōtemptibilē, quam per Apostolum datus. Si tamen id facere ei propositum fuerit, quòd Ecclesia Catholica in eo administrando intendit. *can. mulier* 20. *can. in necessitate*. 21. *cum alijs, de consecratione, distinct.* 4.

In Ministris dignitas seruanda.

Est tamen ordo seruandus; nam vbi plures reperiuntur, minor cedere maiori, vtputa simplex Sacerdos non baptizet præsente Parocho, nec laicus præsente Clerico, nec mulier præsente viro, & sic de reliquis, nisi inferior melius sciret formam, quia tunc ipse baptizabit.

An quis possit seipsum baptizare?

Nullus potest se ipsum baptizare, cap. debitum, de Baptismo, nec duo possunt esse ministri, quando vnus est mutus, & alter mancus, & vnus profert formam, & alius baptizat. Possunt plures vnum baptizare si omnes proferunt formam, & ministrant aquam, sicuti potest vnus plures baptizare.

De effectu Sacramenti Baptismi.

REmittit omnem culpā originalem & actualē, omnē pœnā peccatis debitam: gratiamq; simul cōfert,

De ritibus, & alijs in Baptismo requisitis.

SAcramentum Baptismi iterari non debet, quamuis sit absque Ecclesiæ cæremoniis collatum, & ab indigno Ministro administratū: fiuntque rebaptizantes irregulares, *c. fin. de Baptismo.* Si quis de baptismo nihil recordetur, & dubitet sit baptizatus necne, poterit sub conditione baptizari: si non es baptizatus, &c. quoniam non potest in iterationis crimen veniri, quando omnino factum esse nescitur. *Sacramentum baptismi non potest iterari.*

Baptizato in necessitate domi, sunt adhibendæ in Ecclesia cæremoniæ, quæ defuerunt. *can. Spiritus sanctus.* 1. *q.* 1. nec licet extra Ecclesiam baptizare, nisi in necessitate, aut Principis filium, *Clem. vnica de Baptismo.* *De baptizato domi*

Verus est Baptismus, datus volenti baptizari, sed non credenti: sicut est verus Baptismus, qui datur à volente baptizare, sed non credente. *De baptizato, & baptizāte volenti, & nō credenti.*

Validus est Baptismus, datus dormienti, vel amenti, si ante baptizari voluerunt: item qui datur furioso, *De baptismo dato*

dormienti & amenti à natiuitate. *cap. maiores. vel amēti. §. item quaritur de baptismo.*

Pueri inuitis parentibus an sint baptizandi. Compotem rationis puerum, baptismum petentem, baptizare licet inuitis parentibus infidelibus: in dubio vero, de rationis vsu, sufficit esse septem annorum: non compotem autem licet baptizare, si alter parentum consentiat.

Nondum natus qualiter est baptizandus. Puer in vtero nondum totaliter natus, si tamen appareat caput potest baptizari, & postea natus non debet iterum baptizari: si autem appareat manus, vel pes, aut aliqua corporis pars, poterit etiam baptizari: & si natus fuerit etiam viuus cum conditione iterum baptizetur, in vtroque tamen casu debet obstetrix baptizare: & an sit viuus certificari. Qui adhuc in maternis vteris sunt, baptizari non possunt. *cap. non. qui in maternis.* 116. *de consec. distin.* 4.

Intendens baptizare puerū, fœminā baptizans, an valeat baptismus? Si sacerdos cogitans & intendens baptizare puerum, fœminam baptizat, non tenet baptismus, si autem intendit baptizare personam præsentem qualiscunque sit, valet.

De solēnitate baptismi sunt necessaria

saria septem, scilicet sal, oleũ, chrisma, saliua, cereus, flatus, & patrini, sal præbetur baptizato ad insinuandũ, baptizatos sale sapiẽtiæ cælestis conditos esse, & omni iniquitatis fœtore carere debere. Oleũ dat baptizato robur ad certamẽ seu luctamen diaboli. Chrisma ad significandũ odorẽ bonę famæ, aures & nares saliua liniuntur, vt aperiantur nares ad accipiendũ odorẽ notitię Dei, & aperiantur aures ad audienda mandata Dei, & aperiantur sensus in intimo cordis, ad rectè operandũ: cereus ardens in manu traditus significat fidem charitate inflammatam, lumine legis illustratã, flatus significat expulsionem dæmonis, patrini dantur, vt in fide instruatur baptizatus. Infans seu baptizandus debet vngi in fronte, in parte superiori capitis, vbi verecundia est, vt publicè, fidem Christi confiteatur, & inter scapulas, vt iugum Christi suauiùs portet, & in pectore, vt dulci corde diligat Deum.

Quæ sunt de solemnitate baptismi necessaria.

Quare fit vnctio in fronte?

Post baptismum traditur Christiano vestis candida in signũ quod induitur iam innocẽtiæ casto vela-

Vestis cãdida, quid significat?

mine. Ad extremum nomen alicuius sancti imponitur, vt propter excellentiam & animi pietatem & fidem susceptã, inter sanctos, quorum nomina sunt in libro vitæ, sit relatus.

De Patrino Baptismi, & spirituali cognatione.

Patrini quot. NOn plures ad suscipiendum de baptismo infantem accedant, quam vnus siue vir siue mulier. Qui non est baptizatus, non potest esse patrinus, nec in confirmatione *can. in baptismate* 102. *de consec. dist.* 4. Abbas, monachus, vel alius religiosus, non debent esse compatres. *can. non licet.* 103. *de consecr. distinct.* 4.

Patrini qualiter contrahãt cognationem spiritualem? Patrini cognitionem spiritualem contrahunt cum baptizato, illiusq; patre & matre. *Concil. Trid. d. ca.* 2. Hac ratione: primo, inter baptizantem & baptizatum, illiusq; patrem & matrem. Hæc regula patitur hanc limitationem, nam si pater in necessitate filium baptizauerit, nullam contrahit cognationem spiritualem, idem dicendum est de matre. vt dicitur *in cap. ad limina.* 30. *quæst.* 1.

Secun-

Secundo, inter tenentem & baptizatum & patrem & matrem baptizati, & sic de aliis. vt ex *Concil. Trident. patet.* Inter patrinos, nulla contrahitur spiritualis cognatio, & ita vir & vxor licite poterunt puerum tenere, nec inter patrinos & baptizantem. *Pater filiũ baptizans in necessitate non contrahit cognationem spiritualem.*

Moneantur patrini, se fideiussores constituisse pro filiis suis, & ita doceant & instruant filios suos, vt castitatem custodiant, iustitiam diligant, fidem & charitatem teneant. *Patrinorũ officium.*

CAPVT III.

DE SACRAMENTO Confirmationis.

Confirmationis Sacramentum fuit præfiguratum, vbi facta vasa iussit dominus oleo declinire: in signo T. thau super frontes virorum gementium: Et in vnguento illo, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Sic enim charitas diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datur in hoc Sacramento. *Figura sacramẽti confirmationis.* Ezech. 4. Psal. 132.

Confirmationis sacramentum, fuit à Christo domino nostro insti- *Institutio sacramẽti*

 stitu-

confirmationis. stitum, quando promisit Spiritus sancti plenitudinem, dicēdo: *Si* ego
Ioan. 16. non abiero, Paraclytus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam vobis eum. Et hoc ideò; quia in hoc sacramento datur plenitudo Spiritus sancti, quæ non erat danda ante Christi Resurrectionem, & Ascensionem, secundum illud Ioannis:
Ioan. 7. *Nondum erat Spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus.*

Definitio sacramēti confirmationis. Confirmatio, est vnctio facta in fronte, baptizati cum chrismate sanctificato, ab Episcopo sub certa verborum forma administrata.

Materia quid? Materia huius sacramenti est chrisma confectum ex oleo oliuarum (quod nitorem significat conscientiæ) & balsamo, per Episcopum benedicto, quod odorem significat bonæ famæ.

Oleum an sit de essentia? Oleū in supradicta materia, est de essentia sacramenti: balsamū autē, de necessitate præcepti: & chrisma debet esse consecratū ab Episcopo. Hancq; materiā, & huius sacramēti formam, & modū Christum Dominum instituisse & præcepisse, S. Fabianus commemorat.

Forma

Forma sunt illa verba ab Episcopo prolata, scilicet. *Signo te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.* Quæ eodem modo potest variari & vitiari sicuti de forma sacramenti baptismi diximus. *Forma.*

Minister huius sacramenti ordinarius est solus Episcopus. *Concil. Tridentin. Sess. 7. can. 3. de confirm.* ex commissione verò Papæ, simplex sacerdos poterit confirmare. *can. peruenit. distin. 95.* *Minister.*

Effectus huius sacramenti, est conferre gratiam debitè suscipientibus, baptismi gratiam perficit, confirmati aduersus omnes carnis, mundi, & diaboli impetus robustiores fiunt. Datur in ipso Spiritus sanctus ad Christi nomen audacter confitendum.

Ideo fit delinitio in fronte baptizati, vbi verecundia est, ne illum confiteri erubescat. *can. nouissimè. 5. de consecr. dist. 5.* & signatur Cruce, vt arma militiæ nostræ: & alapa cæditur, vt reminiscatur, pro Christi nominis confessione se passurũ. *Quare fit delinitio in fronte?*

Postremo pax ei datur, vt intelligat confirmatus se gratiæ cælestis plenitudinem & pacem consecutum esse.

Confirmandorũ ætas. Confirmandorum ætas, est duodecimus annus, si vero is non expectandus videtur, vsque ad septennium hoc sacramentum differre maximè conuenit, seu ad illam ætatem, in qua reminiscatur se pro Christi nominis confessione passurum.

Confirmandorũ dispositio. Qui adulta iam ætate confirmandi sunt, si huius sacramenti gratiã & dona, consequi cupiunt, non solùm fidem, & pietatem afferre, sed si grauiora peccata, qui admiserunt ex animo dolere oportet: vnde laudabilis olim fuit Ecclesiæ consuetudo, vt non nisi ieiuni hoc sacramentum susciperent. *can. vt ieiuni. 6. de consec. distin. 5.*

Patrinus confirmationis. Patrinus etiam, vt in baptismo demonstratum est, in hoc sacramento adhiberi solet, qui contrahit cognationem spiritualem cum confirmato illiusque patribus. *Concil. Trident. Sess. 24. c. 2. de reform.* & debet confirmatum in pugna spirituali

tuali erudire, sicut patrini baptizatum.

* Patrinum oportet esse confirmatum. *can. in baptismate.* 102. *de consec. dist.* 4. *

CAPVT IV.

DE SACRAMENTO Pœnitentiæ.

NIninitarum pœnitentia, & impositio illa manuum, quæ à sacerdote fiebat, super arietem immaculatum, pro anima, quæ peccauerat, hanc nostram pœnitentiam figurabant.

Figura pœnitētiæ. Ionæ. 3. Leuit. 8.

Prima tabula, qua subnixi, ex diluuio peccatorum tam in Adam velùti stipite, quàm postea, male viuendo, quacunque tamen ratione contractorum, enatamus, baptismus est, post quem acceptum, si rursus naufragium fecerimus, nulla pro peccatis noua hostia restat, sed tantum superest, hæc secunda tabula.

Pœnitentia secūda tabula post naufragium.

Pœnitentia est duplex, alia quæ dicitur virtus seu pœnitentia interior, & alia exterior. Pœnitentia vt virtus, est dolor, quo ad Deum

Pœnitentia duplex

ex animo nos conuertimus & commissa à nobis scelera detestamur.

Pœnitētia exterior. Pœnitentia exterior, alia est solemnis, altera publica, tertia secreta seu priuata.

Pœnitētia solemnis. Pænitentia solemnis, ideo dicitur quod quadam solemnitate à iure inducta imponitur pœnitenti, ab Episcopo vel iudice, de qua in *can. in cap.* 50. *distinct.*

Publica. Pænitentia publica est illa, quæ fit in facie Ecclesiæ pro aliquo peccato vel crimine publico, imponitur vel ab Episcopo vel à confessore. de qua *Concil. Trid. Sess.* 24. *cap.* 8. *de reform.*

Priuata. Pœnitentia priuata est sacramentum remissionis peccatorum, quæ post baptismum committuntur de qua in præsenti: cuius definitio est.

Definitio sacramēti pœnitentiæ. Pænitentia est sacramentum remittēdi peccata post baptismum commissa, includens in se contritionē, confessionem, & satisfactionem, ex parte pœnitentis, & absolutionem ex parte sacerdotis.

De institutione & necessitate sacramenti Pœnitentiæ.

Sacra-

SAcramentum pœnitentiæ, sicut & cætera sacramenta, Christus Dominus instituit, cum dixit: Pœnitentiam agite, appropinquabit regnum cælorum. Potestatemque absoluendi, quam ante Resurrectionem promiserat, post resurrectionem statim cõcessit, dicens: *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* *Institutio sacramẽti pœnitentiæ.* Matth. 4. Matt. 16. Ioan. 20.

Huius institutionis, illa omnino causa fuit, vt qui per mortale peccatum, à suo elongatus fuerat creatore, posset hoc diuino sacramento, eidem reconciliari, in eiusdemque pristinam amicitiam redire, quia sine pœnitentia, interitum peccatoribus minantur sacræ literæ, dicente Domino nostro: *Nisi pœnitentiã habueritis, omnes simul peribitis.* *Institutionis causa.* Ezec. 18. & 22. Luc. 3.

De materia sacramenti Pœnitentiæ.

MAteria proxima huius sacramenti, sunt actus pœnitentis, scilicet contritio, confessio, & satisfactio: quorũ actuum materia sunt peccata, de quibus pœnitens dolet, quæ confitetur, & pro quibus satisfacit, & ideo peccata nõ acceptãda, *Materia proxima sacramenti pœnitentiæ.* *Materia re-*

mota sunt peccata. sed detestanda, sunt materia remota, vel omnia peccata actualia sunt materia huius sacramenti, quia propriè dicimur pœnitere, de his, quæ nostra voluntate commisimus, & sic peccata venialia sunt etiam materia huius sacramenti, sed non necessaria, quia propriè principaliter hoc sacramentum fuit institutum, ad remissionem mortalium: nam venialia quibus à gratia Dei non excludimur, & in quæ frequentius labimur, licet piorum est & valdè vtile, illa in confessione recensere, multis tamen aliis remediis expiari possunt. *Concil. Trident. Sess. 14. cap. 5. versic. nam venialia.*

Peccata venalia, an sint materia huius sacramenti?

Peccatum originale, non est materia sacramẽti pœnitẽtia.

Ex dictis etiam sequitur, quòd peccatum originale nõ est materia huius sacramenti, neque propria neque remota, cum non sit nostra voluntate contractum, nec ad ipsum delendum sacramentum pœnitentiæ sit ordinatum, sed baptismus.

Forma sacramenti pœnitentiæ.

CHristus Iesus, nullam huius sacramenti formam præscripsit: nam in sacra Scriptura solum legitur,

tur, quorum remiseritis vel solueritis: Ideo quæcunque forma, vbi auctoritatiuè remissio peccatorum explicatur, erit sufficiens, sed seruanda est hæc à sacris Conciliis approbata, Ego te absoluo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti; Amen.

Huius sacramenti vis solùm sita est in his verbis (Ego te absoluo.) *Concil. Trident. Sess. 14. cap. 3.* Et Florentin. Pronomen (Ego) non est de essentia, sed tantum de præcepto, sicut cætera verba eiusdem formæ: preces etiam laudabiles adduntur, quas feruent confessores, quia eos in præsenti instruere non intendimus, pronunc hæc sufficiant.

Vis huius sacraměti est in illis verbis, Ego te absoluo.

De Ministerio.

QVamuis presbyteri in sua ordinatione, à peccatis absoluendi potestatem accipiant, nullus tamen poterit confessiones audire, nec ad id idoneum se reputare, nisi parochiale beneficium habuerit, aut ab Episcopo fuerit approbatus.

Sacerdos approbat⁹ ab ordinario est minister huius sacramenti.

Et cum atrociora crimina, maximis sint digna flagitiis, sanctissi- me

Casuum reseruatio

me in Ecclesia Dei institutum est, vt crimina grauiora non à quibusuis, sed à summis Pontificibus absoluantur, quæ suo iudicio sunt reseruata (nisi ex speciali priuilegio, vt puta Bullæ Cruciatæ, approbato confessori committantur.) Hoc idẽ Episcopis omnibus in sua cuiusque diœcesi conceditur, vt possint sibi casus reseruare.

In articulo mortis nulla est reseruatio.

Tamen in articulo mortis, cum nulla sit reseruatio, omnes sacerdotes, quoslibet pœnitẽtes, à quibusuis peccatis & censuris absoluere possunt. *Concil. Trid. Sess.* 14. *cap.* 7.

Laicus an possit esse minister.

Laicus nunquam est huius sacramenti minister, nec poterit absoluere à peccatis, est tamen dignus venia ex sacerdotis desiderio, qui socio confitetur turpitudinem criminis. *Can. quem pœnit.* 88. *de pœnit. distinct.* 1.

De partibus sacramenti Pœnitentiæ.

Tres partes pœnitentiæ.

QVi remissionem peccatorum implorat, tres illas partes seu actiones adhibeat, contritionem videlicet, confessionem, & satisfactionem; quæ totam hominis ad Deum conuersionem & renouationẽ com-

complectuntur: de quibus ita D. Cyprianus: perfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter sufferre, in corde eius contritio, in ore confessio, in opere tota humilitas & satisfactio, vt quibus modis Deum offendimus corde, ore, & opere: eisdem placare curemus: Corde per contritionem, ore per confessionem, ac opere per satisfactionem.

De Contritione.

Contritio est animi dolor, ac detestatio de peccato commisso propter Deum, cum proposito non peccandi de cætero. *Concil. Trident. Sess. 14. cap. 4.* *Contritionis definitio.*

Dolor de peccatis est duplex, perfectus, cum quis odit peccatum supra omne odibile, & dicitur contritio: imperfectus, cum quis odit peccatum, sed non supra omne odibile, & dicitur attritio. *Dolor de peccatis duplex.*

Est attritio dolor imperfectus, qui ex turpitudine, vel gehennæ, & pœnarum metu concipitur: qui si voluntatem peccandi excludit, cũ sacramento pœnitentiæ hominem ad statũ gratiæ reducit. *Conc. Trid. dist. c. 4. versi, illam vero.* *Attritio quid?*

In

In contritione, duplex dolor. In contritione duplex est dolor, alius est sensitiuus, & alius intellectiuus. Sensitiuus est consistens in exterioribus actibus, scilicet lachrymis, singultibus & tusionibus, qui licet sit bonus, laudabilis, & magni meriti, non est tamen necessarius ad contritionem. Dolor intellectiuus est quædam peccati displicentia, supra omne odibile, & requiritur ad perfectam contritionem.

Contritio perfecta. Contritio perfecta, includere debet in se confitendi, & satisfaciendi propositum, & propositum formale amplius non peccandi. Debet etiam quis habere, vel specialem de singulis peccatis, vel generalem contritionem, omnia detestando.

De confessione.

Confessionis definitio. Confessio sacramentalis, est peccatoris accusatio secreta de suis peccatis, coram proprio Sacerdote, vt ab illo sacramentaliter absoluatur, quæ duplex est, valida, & inualida.

Confessionis conditiones. Confessio valida est, cuius sunt 16. conditiones, in his versibus contentæ.

Sit

Sit simplex, humilis, confessio pura, fidelis;
Atque frequens, nuda, discreta, libens, verecunda.
Integra, secreta, lachrymabilis, accelerata,
Fortis & accusans; & sit parere parata.

Simplex, id est, sine duplicitate ac arte, apertè peccata declarando. *Simplex.*

Humilis, id est, cum cognitione, subiectione, verbis humilibus, genibus flexis, & capite discooperto. *Humilis.*

Pura, id est, sine admixtione impertinentium, confitendo peccata sua, & non aliena. *Pura.*

Fidelis, id est, vera sine mendacio, dicendo certa pro certis, dubia pro dubiis. *Fidelis.*

Frequens, id est, sæpe confiteatur, vel quoties conscientia dictat esse vtilè, ad vitandá peccata. *Frequens.*

Nuda, id est, sine inuolucris, & obscuritate verborum. *Nuda.*

Discreta, id est, eligendo idoneũ Confessorem, vtendo verbis honestis, numerando, & declarando peccati circumstantias. *Discreta.*

Libens, id est, spontanea, non coacta, *Libens.*

coacta, non timore pœnæ, sed vt concilietur Deo.

Verecunda. Verecunda, vt scilicet erubescat, & non glorietur cum male fecerit.

Integra. Integra, id est, confitendo omnia peccata mortalia, nullũ occultando.

Secreta. Secreta, quantum ad conditionem fori, in quo de occultis conscientiæ agitur.

Lachrymabilis. Lacrymabilis, primo quoad dolorem de peccato commisso.

Accelerata. Accelerata, vt scilicet, non differatur de die in diem.

Fortis. Fortis, id est, superans timorem, & pudorem.

Accusans. Accusans, seipsum, & non alium.

Parere parata. Parere parata, id est, paratus & obediens confessori, vt satisfactionem pro peccatis debitam libenter acceptet. Ex his, quinque solum necessariç, scilicet, integra, vera, dolorosa, accusans, & parere parata.

Quibus casibus confessio fiat inualida. Inualida confessio fit, ex septem casibus: in quibus est iteranda: quatuor ex parte confitentis, & tribus ex parte confessoris. Primo, si desit omnino contritio de præteritis, vel defuit animus non peccandi de cætero, vel non adimplendi, id ad quod tenetur. Secun-

Secundo, si confessio non fuit integra ex malitia, vel verecundia, aut ex crassa negligentia, vel ignorantia culpabili.

Tertio, si ex contemptu, pœnitētiā sibi adiunctā adimplere noluit.

Quarto, si pœnitens existens excommunicatus, prius absolutus fuit à peccatis, quam ab excommunicatione.

Quinto, si cōfessor noluit, id est, non habuit intentionem absoluēdi.

Sexto, si confessor fuit omnino ignorans, eiusque ignorantiæ, non supplet scientia pœnitentis.

Septimo, si confessor non potuit absoluere, quia non habuit iurisdictionem, vel erat publicè suspensus, excommunicatus, vel interdictus.

Confessoris conditiones. Confessor debet habere quinque conditiones, scilicet, potestatem absoluendi, scientiam, prudentiam, probitatem, & sigillum.

Confessionis præceptum. Omnes adulti, postquam ad annos discretionis peruenerint, tenentur confiteri, saltem semel in anno, tempore scilicet Quadragesimę. *c. omnis vtriusq. sexus. 12. de pœnit.*

& re-

& remis. quia cum confessio sit inter præcepta affirmatiua, non obligat nisi loco, & tempore, scilicet determinato ab Ecclesia: vt infra de pœnitentia dicam.

De satisfactione.

Satisfactionis definitio. SAtisfactio sacramentalis, est passio voluntaria pœnę, pro peccato à Confessore impositæ ad placandũ Deum, cum proposito eum amplius non offendendi.

Satisfactio necessitas. Cùm dimissa culpa, teneatur quis pœnam peccati soluere, ideo oportet satisfacere pro peccatis Deo, ne illo tremendo Purgatorii igne, in futura vita cruciemur.

Satisfactio fieri potest vno ex tribus modis. Vno ex tribus modis potest homo Deo satisfacere, per pœnalia opera in hoc mundo à Sacerdote imposita, vel à seipso voluntariè assumpta.

Secundo modo fit satisfactio per Indulgentiarum concessiones.

Tertio modo in alio sæculo acerbissimo illo Purgatorij igne.

De Indulgentijs.

QVia supra diximus, per Indulgentias satisfactionem posse fieri,

fieri: ordinandus sequentia notet, & si Indulgentiarum plenam desiderauit notitiam, supradictos consulat Doctores.

Indulgentia est remissio pœnæ temporalis, debitæ pro peccato actuali iam dimisso concessa, existenti in gratia, facta à Prælato Ecclesiæ, ex rationabili causa. *Indulgentia definitio.*

Potestatem concedendi Indulgentias, traditam esse à Christo Redemptore nostro, quando Apostolis dixit: *Quorum remiseritis peccata*, &c. tenet communis Catholicorum schola: quia in illis verbis non tantùm intelligitur, absolutio à culpa, sed etiam à pœna: vt colligitur ex *Concil. Tridentin. Sess. 25. decreto de Indulgentijs, & Sess. 21. cap. fin.* *Quo iure sunt indulgentia.* Ioan. 20.

Ex superabundantia meritorum Christi & Sanctorum, thesaurus indulgentiæ aggregatur, habetur in *Extrauag. vnigenitus. de pœnit. & remis.* Nam Sancti multa opera satisfactoria fecerunt, quibus ipsi ad satisfaciendum non indigebant, vel quia peccato carebãt, cuius ratione temporaliter essent puniendi, vel *Quibus meritis thesaurus indulgentiarum aggregetur.*

quia

quia pro peccatis dimissis, plura opera satisfactoria, quam debebant, Deo obtulerũt. Nã Spiritus sanctus
Iob. 6. docet, maiores pœnas passum fuisse Iob, quã eius peccata merebantur. Nam inquit: Vtinã appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quam patior in statera, quasi arena maris, hæc grauior appareret: sic dicendũ est de aliis Sanctis. Christus præcipuè Redemptor noster absq; eo quòd peccatũ haberet nullũ, pro quo debuisset satisfacere, multa opera supererogationis
1. Ioan. 2. fecit, multosq; labores, & ærumnas est passus: ipse enim est propitiatio pro peccatis nostris, non autem nostris tantùm, sed & pro peccatis totius mundi, imò pro infinitis mũdis, si essent: cũ minima gutta sanguinis eius, & minimus dolor, sit infinitæ satisfactionis, & valoris. Et sancti (licet aliquando peccauerint) multa tormenta, passionesque, & flagella passi sint, maiora multò quã debuerint: & ex superabundantia etiam meritorum ipsorum, cum meritis infinitis Christi, congregatur thesaurus Ecclesiæ infinitus, vt à Vicario

rio Christi, fidelibus dispensetur, & sic est infinitus thesaurus, & per Indulgentiarum concessiones nobis applicatur.

Quis possit indulgentias concedere?

Papa applicare potest supradicta opera Christi, & Sanctorum, in satisfactionem pro alienis peccatis, indulgentias concedendo: Vsus enim Ecclesiæ, & auctoritas confirmat, auctoritateq; D. Pauli constat, dicentis: *sic nos existimet homo, vt Ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.* Et iterum ait: *Dispensatio mihi credita est.* 1. Cor. 4. 1. Cor. 9.

Possunt etiam Indulgentias concedere Patriarchæ, Primates, Sedis Apostolicę legati, Archiepiscopi & Episcopi subditis duntaxat suis, patet ex *cap. quod autem. cap. nostro. de pœnit. & remis. Extrauag. vnigenitus. eodem tit.*

Ad quid valeant indulgentia?

Indulgentia non est absolutio à pœna luenda in Purgatorio, sed est illius pœnæ recompensatio, (verbi gratia.) Ioannes erat in Purgatorio per annum passurus, recompensat illam pœnam per alienas passiones, Christi, scil. & Sanctorũ, quass Papa thesauri Ecclesiæ dispẽsator, illi,

per Indulgentias applicat. Indulgentiæ, tantum pœnæ temporalis relaxant, quantum fuit expresſè per illas conceſſum: vt conſtat in *Extrauag. vnigenitus*, *de pœnit. & remiſſ.* vbi conſtat Papam poſſe, virtute theſauri Eccleſiæ, aut totalem, aut partialem pœnam temporalem prò peccatis luendam, relaxare.

An valeant quantũ ſonant? Indulgentiæ, tantum valent, quantum ſonant, ſi quatuor concurrant: auctoritas concedentis: *Secunda* gratia in accipiente: *Tertia* cauſa iuſta concedendi Indulgentias: & *denique* vt adimpleat quis indulgentiam, eo modo, & ordine à concedente conſtituto.

Poſſunt ne animabus in purgatorio indulgentia concedi? Animabus exiſtentibus in Purgatorio poſſunt Indulgentiæ concedi, per modum ſuffragii, id eſt, ex Dei acceptatione, & miſericordia, quia Romanus Pontifex non poteſt auctoritatiuè Indulgentias animabus in Purgatorio exiſtentibus cõcedere, cum iam ſint extra iuriſdictionem Eccleſiæ militantis, ſed per viam impetrationis, ſoluuntur orationibus aliorum: vt in *can. anima defunctorum*. 13. q. 2.

De

De Purgatorio.

QVi in hac vita, per pœnalia opera, vel indulgentias, non satisfecerit, in purgatorio satisfacere tenetur. Et licet hæretici purgatorium esse negent, Ecclesia tamen Catholica Spiritu sancto edocta, ex sacris literis, antiquorumque Patrum traditionibus, purgatorium esse docet: & constat ex doctrina D. Paul. *Vniuscuiusq; opus manifestum erit: dies enim Domini declarabit: quia igne reuelabitur, & vnius cuiusq; opus quale sit, ignis probabit.* Quem locum omnes Catholici Patres de igne purgatorij intelligunt, quo expiantur, post mortem corporis, animæ quæ non satis defœcatæ siue purgatæ decesserunt: vt probant supradicti Doctores, & quamplurima Concilia, & vltimo Concil. Trident. *Sess. 25. decreto de purgatorio.*

Purgatorium esse constat. 2. Mach. 12. Apoc. 14. & 21. Matth. 5. & 12. Luc. 22. 1. Cor. 3.

Purgatorium est locus in quo fidelium animæ, non plenè in hac vita à peccatis expurgatæ, post mortem corporis, à reliquiis peccatorum & superfluis sordibus mundantur, expiantur.

Purgatorium quid?

Ignis purgatorij grauis. Ignis purgatorii, est miro quodammodo grauis, excedit omnem pœnam quam vnquam passus est aliquis in hac vita: nunquam in carne tanta inuenta est pœna, licet mirabilia passi sint Martyres tormenta. *tex. in can. fin: de pœnit. dist. 7. can. qui in aliud. dist. 25.* Est enim ignis purgatorii eiusdem rationis cum igne inferni: vt D. ait Gregor. eodem igne rutilat aurum, & fumat palea, Et Sanctus Augustinus: eodem igne purgatur electus, & crematur damnatus.

Ignis purgatorij idem qui inferni.

Animæ an semper in purgatorio purgentur? Et non semper animæ in purgatorio purgantur, sæpissime enim Deus cõstituit aliquibus alia loca, vbi propter occulta eius iudicia purgãtur: vt patet dialogis D. Gregor. *lib. de Paschasio diacono & de viro in balneis posito.*

Quomodo differt ignis purgatorij à pœna inferni? In inferno pœna est perpetua, in omnem æuũ duratura, iuxta illud, in inferno nulla est redemptio. In purgatorio pœna est temporalis & suo tempore finienda. Ecclesia proinde rectè pro fidelibus defunctis sacrificia offert, eleemosynas largitur, & orat, vt eo citius, Dei misc-

misericordiam impetrent, & à pœna illa purgatorij liberentur: quia hi, qui cum pietate dormitionem acceperunt, optimam habent repositam gratiam: sancta ergo & salubris est cogitatio, pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. 2. Machabeor. 12.

De effectu sacramenti Pœnitentiæ.

CVm remissionem peccatorum & collationem gratiæ sacramentum pœnitentiæ operetur; profecto erit singularis vis & effectus huius sacramenti vita æterna, vt pollicetur Propheta Ezechiel. Et regnum Cælorum appropinquare, Christus Dominus testatus est, & in multis sacræ Scripturæ locis, vbi pœnitentia exigitur, remissio peccatorum promittitur. Hæc est, Euangelicæ prædicationis exordiũ, Angelorum in cælis gaudium Hæc lapsos erigit, saucios curat, imbecilles roborat, mortuos viuificat, perditos restituit, omnia quæ peccatum vitiat, pœnitentia in nobis redintegrat, hac dæmones & vitiorum pestes superamus: hac meritas pœnas auertimus, Dei placamus
Ezec 15. Sap. 11 Matth. 3. & 4. Luc. 15. & 17. Cor. 7. Ioe. 2. Actor. 2. Mar. 1. Hier. 18. Ioan. 3.

iram, conciliamus gratiam, & denique æternam gloriam comparamus.

De suscipientibus hoc Sacramentum.

CVm pœnitentiæ sacramentum sit peccatoribus institutum, secunda post naufragium tabula; sequitur quod Angelus non erit capax huius Sacramenti, nec innocentes, qui nullum peccatum actuale habuerunt, & per consequens nec Diua Virgo Maria, quæ nec actuale, nec originale peccatum vnquam habuit (licet sit capax gratiæ Sacramenti pœnitentiæ.) Sequitur præterea beatos in patria existentes non indigere pœnitentia, cum non sint in via, aut obnoxij peccato, aut pœnæ. Nec damnati, cum sint extra, & non sunt capes pœnitentiæ, licet habeant dolorem & tristitiam præteritorum peccatorum, nihil tamen ob hoc merentur, cum non sint in statu merendi & demerendi, de quibus dicit Sapiens, intra se pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes,

Sap. 3.

De præcepto pœnitentiæ.

PRæceptum pœnitentiæ ſtatim à peccato commiſſo, quantum ad actum contrarium, de non complacendo in peccato obligat: at vero præceptum pœnitentiæ, quatenus præteritorum peccatorum includit contritionem & ſatisfactionẽ, obligat de iure diuino, quando mortis naturalis vel violentæ periculum imminet: tenetur quoque ſtatim pœnitere qui eſt Sacramentum aliquod ſuſcepturus, & adminiſtraturus. Omnis vtriuſque ſexus fidelis tenetur, ſemel in anno, omnia ſua integraliter peccata confiteri, tempore, ſcilicet quadrageſimæ, iuxta communem Eccleſię determinationem.

Forma abſoluendi à peccatis.

MIſereatur tui omnipotens Deus, & dimittat tibi omnia peccata tua, liberet te ab omni malo, ſaluet & confirmet in omni opere bono, & perducat te in vitam æternam. Amen.

Si teneris aliquo vinculo excommunicationis, ſuſpẽſionis, vel

interdicti, à quo ego te possum absoluere, absoluo te, & restituo te, sanctis Sacramentis Ecclesiæ, & vnitati fidelium, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

Dominus noster Iesus Christus te absoluat, & ego auctoritate ipsius, qua fungor te absoluo, ab omnibus peccatis tuis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

Passio Domini nostri Iesu Christi, & merita Beatissimæ Mariæ semper Virginis, & omnium Sanctorum, quicquid boni feceris, & mali patieris, sit tibi in remissionem peccatorum, in augmentum gratiæ & præmium vitæ æternæ. Amen. Vade in pace, & amplius noli peccare.

CAPVT V.
DE SACRAMENTO *Eucharistiæ.*

Huius Sacramẽti excellẽtia & virtus.

NIhil in sacrificiis maius esse potest, quam corpus & sanguis Christi: nec vlla oblatio hac potior est, sed hæc omnes præcellit, quæ pura conscientia, Domino offerenda est, & pura mente sumẽda, atque ab omnibus veneranda, & sicut

cut potior est cæteris, ita potius extolli & venerari debet. *Can. nihil 8. de consec. dist. 2.* & cum nihil habeat Ecclesia dignius, sublimius, admirabilius & efficacius. Ita in multis sacræ Scripturæ locis, fuit præfiguratum. Azymus panis & subcinericius à Sara Angelis præparatus: & sacrificium panis & vini Melchisedech. Et panis quem capiti Eliæ Angelus ad manducandum ex itinere fatigato apposuit: & agnus ille Paschalis, & manna in deserto patribus exhibitum, hoc Sacramentũ indicabant. Et cũ eius singularis sit virtus, admirabilis vis, ideo diuersis ac mirabilibus nominibus, singulares virtutes significantibus illustratur. Gen. 18. Gen. 14. 3. Reg. 19. Exod. 12. Deut. 8.

Dicitur Eucharistia, id est, bona gratia, quia in eo, Christus, qui gratia & virtute pollens est, seipsum nobis exhibuit, & in eo continetur. *Eucharistia nomina.* *Euchar.* Ioan. 1.

Hostia, quia ipse pro nobis mortalis, & passibilis factus, in ara Crucis se obtulit, pro nobis sanguinem preciosum effundens. *Hostia.* Matt. 27.

Sacrificiũ, quia offertur, sumitur, & *Sacrificiũ*

1.Cor.11. & consumitur: estque illius cruenti sacrificij rememoratiuum.

Sacramẽtum. Sacramentum, quia in ea plusquam in aliis Sacramentis, Diuina latent mysteria, & signa sacram rem significantia.

Sinaxis. Sinaxis, primo conciliatio, seu
1.Cor. 10 communio, quia hoc diuino Sacramento confirmatur arctissima illa coniunctio mystici corporis cum capite Christo.

Viaticũ. Viaticum, quia spiritualis cibus est, quo in huius vitæ peregrinatione sustentamur, & munimur: & viam nobis ad æternam gloriam feliciter præparat.

Cœna. Cœna, quia Saluator noster, quo vehementius commẽdaret mysterij illius altitudinem, in vltima cœna illud instituit: cuius descriptio est.

Euchari-stiæ definitio. Eucharistia est Sacramentum, in quo sub specie panis & vini, vel alterius eorum verum corpus & sanguis Christi continetur.

In sit... ũ vel ...ra Sa...mẽta. Et licet sint duæ materiæ, totidemque formæ, est tamen vnum Sacramentum integrale, quod ex illis duabus perficitur: & dicitur

Sacra-

Sacramentum geminæ rei. *cap. cum Matiha. 6. de celebr. Miss.* nam quẽadmodum in hoc Sacramento, sunt duo signa particularia, id est, duo particularia Sacramenta, scilicet panis & vini species, & vnum integrale signum, id est, vnum integrale sacramentum, species scilicet panis & vini simul sumptæ, quæ nutritionem spiritualem significãt, ita quoque sunt duo partialia Sacramenta, & vnum integrale.

De institutione & necessitate Sacramenti Eucharistiæ.

HOc Sacramentum fuit à Christo Domino nostro institutum in vltima illa cœna, cum panem in corpus, & vinum in sanguinem mutauit, dicendo: Accipite, Hoc est corpus meum. *Concil. Trident. Sess. 13. c. 2. can. quia corpus. 35. de consec. dist. 2.*

Institutio. Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22.

Et hoc tribus de causis, prima vt suum ineffabilem manifestaret nobis amorem, adimplendo illud cœleste promissum, scilicet, Ecce vobiscum sum, vsque in consummationem sæculi. Et vt animæ nostræ ali-

Quare hoc Sacramentũ fuit institutum.

alimentum esset, quo vitam spiritualem tueri, & conseruare possimus. Altera vt Ecclesia perpetuum sacrificium haberet, quo peccata nostra expiarētur, vt si quid peccādo inimicitiæ contraximus, Dei gratiā nobis conciliemus & amorē.

De necessitate Sacramenti Euchariſtiæ. Sacramentum Euchariſtiæ, eſt neceſſarium præcepto Domini dicētis: Niſi manducaueritis carnem Filii hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. *Ioan. 6.* Nam effectus Euchariſtiæ, vt quis membrum Chriſti efficiatur, eſt de neceſſitate ſalutis. *Extrauag. vnam ſanctam. de maiorit. & obed. can. quoniam vetus. 24. q. 1.* Et iſte effectus Sacramenti Euchariſtiæ, per ſolum propoſitum percipiendi illud, conſequitur, & habetur quando baptiſmus abſque reali ſuſceptione Euchariſtiæ percipitur. Adultis eſt neceſſaria realis ſuſceptio Euchariſtiæ, de iure diuino, ita quod ſi per contemptum, aut negligentiam, ab hoc venerando Sacramento ſe abſtinent, non habebunt vitam æternam.

De materia huius Sacramenti.

Cum

CVm de fide sit determinatum, Sacramẽtũ Eucharistię corpore constare simul & sanguine Domini nostri Iesu Christi, duplicem esse materiam, & quo ad corpus, & quo ad sanguinem, constat manifestè. *Duplex materia huius Sacramenti.*

Panis triticeus, aqua naturali cõctus, est legitima materia Sacramenti Eucharistiæ, quo ad corpus. Concil. Floren. *de Sacram.* Concil. Trid. *Sess.13. cap.3. can. in Sacram. de consecr. dist.* 2. Quare si tritico misceanrur aliqua diuersi generis grana, ita quod species tritici corrumpatur, non erit materia: nec in pane alterius speciei potest fieri consecratio, vt hordeaceo, milio, & maicio: nam quamuis sint fruges de genere frumenti, quod est nomen generale ad omnes aristarum fruges, non tamen sunt de genere tritici: nec in amidone potest fieri consecratio, quia corruptum triticum est: nec in pane cocto alia quam naturali aqua: nec in massa cruda, nam materia debet esse panis, quo homines communiter vtuntur. *Panis triticeus est materia.*

Panis debet esse azymus, cũ Christus Redemptor noster primo azy- *Panis azymus.*

morum die, quo nihil fermentati
Matt. 26. domi habere licebat Iudæis, hoc Sacramentum confecerit: neque tamen ea qualitas, adeò necessaria existimanda est, vt si illa desit, Sacramentum confici non possit, cum etiam sub pane fermentato, verè fiat consecratio: sed nemini licet priuata auctoritate, vel potiùs temeritate, laudabilem Ecclesiæ suæ ritum mutare, cum Latini in azymo, Græci vero in fermentato cõficiant: ex declaratione Concilij Florentini.

Vinum vitis est materia quo ad sanguinẽ. Vinum vitis est materia huius Sacramenti, quo ad sanguinem; quare vinum malogranatorum, mororum, nec sidra, nec ceruisa, nec alterius fructus liquor, quam vitis, erit huius Sacramenti materia, nec vinum coctum, si per decoctionem speciem mutauit, vt si fit, vulgò dicitur (*arrope*) nec in vinum limphatum, quod vulgò dicitur (*hypocras*) & (*aguardente*) quia per mistionem, & decoctionem vini, naturam amittit, nec in aceto potest consecratio fieri: secus tamen est in vino acescente, vel parum

rum acre: vua matura, musto nondum expresso, non potest esse materia huius Sacramenti: nam succus vuarum ante expressionem, neque vinum, neque mustum est.

In musto an possit consecratio fieri? In musto licet possit consecratio fieri, vt decisum extat in *can. cum omne 7. de consecr. distin. 2.* non tamen sine magna necessitate fiat.

In lora, an possit consecrari? In lora, quæ vulgo dicitur (*vinada, o majuelo*) si parum aquæ misceatur, ita vt ab omnibus vinum iudicetur, poterit consecratio fieri: idem dicendum est de vino limphato, si non mutat speciem vini.

Aqua est vino miscenda. Modica aquæ permistio requiritur, & misceri debet de necessitate præcepti. *Concil. Florent.* nam sanguinem & aquam, de Christi latere Ioan. 19. fluxisse sacræ literæ docent: tum quia aqua populum designat, & vnio populi Christiani cum Christo in mixtione præfiguratur: debet in modica quantitate apponi, vt maior pars sit vini quam aquæ, iuxta decisionem Honorij III. *c. perniciosus. 13. de celeb. Miss.*

De forma Sacramenti Eucharistiæ.

Duæ sunt formæ. DVæ sunt huius Sacramenti partiales formæ, alia est corporis, & altera sanguinis Domini nostri Iesu Christi.

Forma consecrationis corporis. Forma præcisa consecrationis corporis Christi est ista, scili. (Hoc est enim corpus meum) sicuti Euangelistæ tradunt. *can. quia corpus.* 95. *can. panis.* 4. *de consecr. distinct.* 2. *cap. cum Martha. de celebrat. Miss.*

Matt. 26.
Luc. 22.
Marc. 14.

Alia verba in consecratione prolata, an sint de essentia. Licet in consecratione alia verba proferantur, scilicet. (*Qui pridie quam pateretur*, &c.) & illa (*accipite & comedite*) & ly (*enim*) & illa (*noui & æterni testamenti*, &c. Et omnia alia, quæ consecrationem ipsam præcedunt, & subsequuntur, tantùm sunt de necessitate præcepti, ita vt omittens illa, vel illorum aliquid, data opera: vel ex magna negligentia, peccaret mortaliter, sed nihilominus Sacramentũ perficeret, supradictis verbis.

An vna forma depẽdeat ab alia? Forma consecrationis panis, nõ dependet à forma consecrationis vini, vel è contra, nam prolata forma cuiuscunque speciei, verè consecratur illa species, sine alia, licet

vnam

vnam sine alia consecrare grauissimum esset sacrilegium. *can. comperimus. 12. de consecr. dist. 2.* nisi hoc ex accidenti euenire contingat: *vt in can. nihil contra ordines. 7. q. 1.*

De Ministro huius Sacramenti.

DVplicem Ministri actionem, in hoc Sacramento reperiri constat: alteram circa ipsius consecrationem, & aliam circa administrationem & distributionem.

Minister consecrationis. Minister consecrationis est Sacerdos ritè & legitimè ordinatus, ieiunus, nō impeditus aliquo mortali peccato, vel prohibitus celebrare. *cap. firmiter. §. vna. de sum. Trinit.*

Sacerdos in mortali peccato constitutus, an possit consecrare? Sacerdos in mortali peccato existens, non ieiunus, excommunicatus, suspensus ab officio & beneficio depositus, verbaliter, vel actualiter, degradatus, schismaticus, catholicus, & etiā hæreticus dicens de facto debitā formā, super debitam materiā, cū debita intentione, saltem faciēdi, quod Catholica Ecclesia facit, verum conficit Sacramentū, licet grauissimè peccet cōsecrādo, & mortale sacrilegiū committat.

mittat. *can. connocet. & per tot.* 1. *q.* 1. Laicus non baptizatus, mulier, mutus, & licet ordinentur, consecrare non possunt.

Dispensationis minister. Circa administrationem, & distributionem est proprius minister & ordinarius huius sacramenti, Sacerdos Parochus, etiam extra quadragesimam.

Religiosi verò Sancti Francisci, Dominici, & Societatis Iesu, & alij priuilegiis ipsorum participantes, possunt intra annum Eucharistiam ministrare, excepto Paschatis tempore, in quo debet quis, in propria parochia communicare, non obstante priuilegio generali.

In necessitate quis sit minister? Tempore necessitatis, vt in articulo mortis, non solum quilibet sacerdos, ministrare potest, verum etiam Diaconus ex commissione sacerdotis. *can. Diaconos.* 93. *distin. can. præsente eadem.*

Laicus nõ potest ministrare. Laicus, & mulier, nõ possunt ministrare, etiam quauis existẽte necessitate, nec licet sacramentum recipere ab hæretico, schismatico, degradato, excõmunicato, publico peccatore ab ecclesia nõ tolerato.

Quæ

Quæ in hoc Sacramento præcipua mysteria continentur.

SVnt maximè admiranda quæ in hoc sacramento, verbis consecrationis effici fides catholica sine vlla dubitatione credit ac confitetur.

Primum est: Corpus Christi Domini nostri, quod natum ex Virgine, in cœlis sedet ad dexteram Patris omnipotentis, continetur sub specie panis: & sanguis Christi, sub specie vini, ex vi sacramenti, & sub vtraq; specie continetur anima per concomitantiam, & verbum æternum, secunda scilicet persona Trinitatis, per vnionem hypostaticam: Pater verò & Spiritus sanctus, per vnitatem essentiæ.

Sub qualibet specie sacramenti totus Christus continetur.

Totus Christus est sub qualibet specie sacramenti: nam sub specie panis continetur etiam sanguis, per concomitantiam: similiter & sub specie vini cõtinetur corpus, & sub qualibet parte separata ab alia etiam totus Christus continetur. *Con. Trident. sess. 13. cap. 3. & can. 3. can. vbi pars. 78. de consec. dist. 2.*

Haberque corpus Christi easdẽ pro-

proprietates absolutas in sacramento, quas extra Sacramentum habet.

Qualiter est Christus in Eucharistia. Nec est in hoc sacramento circumscriptiuè, nec definitiuè, sed præsentaliter & sacramentaliter, modo supernaturali.

An corpus Christi moueatur in Eucharistia? Corpus Christi in Eucharistia mouetur, ad motum specierum, non tamen alteratur, neque per se, neque per accidẽs, alteratione specierum: nam cum quantitas specierum nō insit corpori Christi, cum talis quantitas per se subsistat, ideo si quantitas illa frigefiat vel calefiat, non frigesit nec calefit corpus Christi: nec frangitur ad fractionẽ specierum; nec poterit tangi corpus Christi: nec videri, quia nulla potentia naturalis potest agere circa obiectum, nisi circumscribatur superficie, & modum quantitatiuum habeat; quæ non competunt corpori Christi in Eucharistia.

Consecratione perfecta, non manet panis. Consecratione peracta, remanet ibi corpus Christi, non panis neque vinum, nec resoluitur in aerem vel vaporem, nec annihilatur: sed vi sacrorum verborum, facta consecratione, in corpus & sanguinem Domini

mini transsubstantiantur, & ita nulla elementorum substantia remanet, quamuis hæc omnia à sensibus aliena videantur.

Et tandem, accidentia, quæ aut oculis cernuntur, aut aliis sensibus percipiũtur, sine subiecto esse, miro quodammodo, & in explicabili ratione constat.

Accidẽtia sunt sine subiecto.

Aliquorum dubiorum Hypothesis.

CVm ex supradictis appareat, multa mirabilia esse in hoc Sacramento, quę astruuntur & defenduntur fide: quæ substantia est rerũ sperandarum, argumentum nõ apparentium: ad pusillorum tamen consolationem, dubiis satisfiet, sequentibus positionibus.

Quæris, quomodo panis transsubstantiatur in corpus Christi? Respondeo id fieri virtute diuina, quæ sicut vocat ea quæ non sunt, vt sint: sic etiam trãsubstantiat vnam substantiam in aliam.

Transsubstantiatio quomodo fiat?

Q. Quomodo in tam minima quãtitate huius sacramẽti est Christus secundũ totam eius quãtitatẽ? R. ibi esse per modũ substãtiæ, quæ saluatur tam in magna quã in minima

Est totus in minima quantitate?

nima quantitate: vt eadem est aqua in flumine, & in vase: ac licet ibi sit secundum propriam quantitatem, tamen non est modo quantitatiuo, videlicet per extensionem eius in ordine ad locum: sed per internam extensionem, in ordine partium inter se, vt vbi oculus est, auris non sit, &c.

Quomodo sit in pluribus hostijs. Q. quomodo eodem tempore sit in cœlo apud Patrem dimensiuè, & in sacramento ac in pluribus hostijs? R. in cœlo esse dimensiuè, & sensibiliter, apud Patrem: in sacramento est sacramentaliter, quia plura in ipsum conuertit. Ideo non repugnat, quod in pluribus hostijs sit, quia plures in ipsum conuertuntur: vt vox, licet vna sit, in pluribus auribus tota inuenitur, & si quis sit in thalamo pleno speculis, in vnoquoque eorum videntis imago apparet, & præterea per Dei potentiam vnum corpus in pluribus locis esse potest.

Quomodo fiat in instanti? Q. hæc conuersio quomodo fiat in instanti? R. Quia id fit virtute diuina, quæ operatur in instanti: vt generatio, quæ fit in instanti, & sol mun-

mundum illuminat, cum agens infinitæ potentiæ ac virtutis sit.

Q. Cũ Christus sit in cœlo, quomodo subito descendit in hostiam? R. id non fieri per motum localem, sed quia hostia conuertitur in corpus Christi. *Quomodo descendat in hostiã.*

Q. quomodo totus Christus est sub qualibet parte hostiæ, & vtraq; specie? R. id fieri, quia ibi est per modum substãtiæ, quæ tota est sub qualibet parte diuisa, vt aquæ, aeris, &c. & anima tota est in toto, totaque in qualibet parte. *Quomodo est totus in qualibet parte.*

Q. quomodo Christus sit in hoc sacramento, ac tamen non sit in loco? R. quia licet ibi corporaliter adsit, non tamen circumscriptiuè, nec definitiuè, sed sacramentaliter, & inuisibiliter, spiritualiq; modo. *Quomodo non sit in loco.*

Q. Accidentia quomodo ibi absque subiecto? R. Virtute diuina, miro quodammodo nobis incognito, & remanent accidentia sine subiecto in solatium sensuum, ac in merito fidei. *Accidentia quomodo sint sine subiecto?*

Q. quomodo ad desitionem specierum desinat ibi esse corpus Christi? *Quomodo desinit es-*

si corpus Christi. sti? R. cum Christus habeat esse indeficiens nõ propter hoc desinit esse quòd sacramentum desinat esse sacramentum, sed in sacramento desinit esse ob specierum definitionem, quia absq; Christi mutatione tollitur habitudo eius ad species, sicut Deus, qui est indeficiens desinit esse in creatura, eadẽ deficiẽte.

Quomodo non videatur Christus in hoc sacramento. Q. Cũ Christus sit in hoc sacramento quomodo non videatur? R. quia est modo inuisibili, ac spirituali, licet corporaliter adsit.

Tandem supradicta, & reliqua omnia mirabilia facilius ex tribus fundamentis soluuntur. *Primo*, qui nitũtur fide, quæ captiuũ ducit in- 2.Cor.10 tellectum in obsequium Christi, ad credendum ea omnia, quę Christus docuit. *Secundo*, quia non est impossibile apud Deum omne verbũ. Lucæ.1. *Tertio*, quia Deus est infinitæ potentiæ, & actiuitatis, poteftque Deus plura facere quã intellectus noster intelligere. Vnde Iob dixit. Iob.36. *Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram. Quarto*, Christum esse veritatem per essentiam, atq; mentiri non posse, vnde sequitur ve- Ad Tit.1.

rum

rum dixisse quando pronuntiauit, hoc est corpus meum. Ad Hebr. 6.

De suscipientibus Eucharistiam.

VSus huius sacramenti consistit in pręparatione, & sumptione, communicandi tempore & ritu.

Præparatio, alia est animi, cuius quinq; sunt præcepta, primũ vt accedens probet seipsum confessione sacramentali & contritione præcedente, antequã de pane illo edat, & de calice bibat, si aliquo peccato est contaminatus, cuius pœnitere necesse est. Discernat secũdo, hanc sacrã mensam, ab aliis profanis, & cælestẽ hunc panẽ à communi: & quia est sacramẽtum amoris, vnusquisq; à semetipso quærat, num pacem cum aliis habeat, an proximos verè ex animo diligat. *Præparatio huius Sacramenti?* 1. Cor. 11.

Præterea secum quisq; cogitet, an indignus sit vt sacramentũ tantæ dignitatis recipiat. Et deniq; exquiramus à nobis ipsis, an illud Petri, vsurpare nobis libet. Domine tu scis quia amo te: vt sic dispositi vitã æternam habeamus, & resuscitari ad illã in nouissimo die mereamur. Ioan. 21.

Sumptio est triplex; sacramenti tantùm, vt qui Eucharistia impuro *Sũptio est triplex.* 1. Cor. 11.

corde accipere non veretur, de quibus Apostolus inquit: Iudicium sibi manducat & bibit.

1.Cor. 11.

Spiritualiter Eucharistiam sumere dicitur, qui desiderio & Voto, cœlestem illum panem comedit, quæ fide viua incensis & per dilectionem, operatur.

Sacramentaliter & spiritualiter, sacram Eucharistiam recipiunt, qui prius se purgarunt, & debita dispositione accedunt ad sacramentum, & gratiam sacramenti accipiunt, fructusq; ex eo recipiunt.

De cōmnicandi tempore & pracepto.

De communicandi tempore, de iure diuino nullum extat pręceptū, sed cum sit præceptum affirmatiuum obligat suo tempore id est necessitas, scilicet in articulo mortis.

De iure tamen canonico, semel in anno, in paschate scilicet, tenetur quis Eucharistiam sumere. *c. omnis vtriusque de pœnit & remiss.* & tunc ieiunus accedat. Excipiuntur tamen à supradicta regula, qui nōdum rationis vsum, propter ætatis imbecillitatem habent, vt infantes & amentes. Qui vero iusto impedimento sunt detenti, aut confessoris arbi-

arbitrio & consilio, communionẽ deserunt, transgressores præcepti non iudicantur, quæ ad communicandi ritum pertinent,

Iustissimis de causis communionem, sub vtraque specie laicis interdicit Ecclesia. Consecratio fit, in diuino & admirabili sacrificio Missæ, cæremoniis, ritibus, solemnitatibus in ipsa adhibitis, de quo sunt videndi præcipuè. *Cõmunio sub vtraque specie laicis interdicitur.*

De Sacrificio Missæ.

INter cætera Ecclesiæ Sacramenta, illud constat esse præcipuum, quod in Missæ officio supra mensam sacratissimi celebratur altaris, hoc autem officium ipse Christus instituit, cum nouum condidit testamentum, disponens hæredibus suis regnum, sicut pater suus sibi disposuerat. Cœnantibus enim illis, accepit Iesus panem, & gratias agens, benedixit, ac fregit, deditq; discipulis suis dicens: accipite & manducate, &c. In quo diuino & admirabili sacrificio, idem Christus est Sacerdos & hostia, dum in ara Crucis seipsum obtulit cruentè: quia verò per mortem, sacer- *De sacrificio Missæ.*

dotium eius extinguendum non erat, dilectæ, sponsæ suæ Ecclesiæ, visibile relinquit sacrificium, quo idem quod in Cruce fuit immolatum repręsentaretur, & in finẽ vsq; sæculi illius salutaris virtus, in remissionem peccatorũ, nobis applicaretur, vt habetur in *Conc. Triden. Sess.* 22. *c.* 1. & 2. quod fit mediante sacrificio Missæ. Vt igitur huius sacrificij fructus vberior ac frequens hominibus proueniret, pia mater Ecclesia, Spiritu sancto edocta, instituit, vt diuinum istud sacrificiũ multoties repeteretur. Et cũ natura hominum tardior ad diuinarũ, & inuisibilium rerum contemplationem feratur, præcipit, vt in hoc sacrificio, sint mysticę benedictiones, lumina, Thymiamata, vestes, aliaq; eiusgenus multa, ex Apostolica doctrina: quibus & maiestas tãti sacrificii commendaretur: & mẽtes fidelium per hæc visibilia religionis & pietatis signa, ad rerum altissimarum, quæ in hoc sacrificio latent, contemplationem: excitarentur, vt ait *Conc. Trid. cap.* 5. Et cum in superioribus ordinandũ instruere

ere

ere curauimus, vt dignè valeat istud sacramentũ administrare, ipsi etiã conuenit, vt aliqua circa istud diuinũ sacrificiũ alta mẽte reponat.

Missa est actio, qua ex institutione Christi in memoriam eius passionis, panis & vinum, in eiusdem corpus, & sanguinem, transubstantiatur, & illa sub eorundem specie, Deo Patri offeruntur. *Missa definitio.*

Missa dicitur à nomine Hebręo & Chaldęo, Missach, quod oblationem spontaneam significat, & dicitur Missa quasi transmissa à populo ad Deum, per ministerium sacerdotis. *Missa vnde dicitur.* Deut. 16.

Missa, quatenus in ea passio Christi repręsentatur, est sacrificiũ memoriale, in eaque Christus immolatur. patet ex illo: Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis. Et ex illo: Hæc quotiescunq; feceritis, in mei memoriam facietis. vbi non solum Christus panẽ & vinũ consecrauit & sacramentũ instituit: verum etiã seipsum sacrificium in remissionem omnium peccatorum Patri obtulit. *Missa est sacrificiũ.* 1. Cor. 11.

cap. firmissime, de sum. Trinit. & fide cathol.

Quæ sunt de ratione istius sacrificij? De ratione istius sacrificij est Hostiæ oblatio & sumptio, *can. relatum. de consecr. dist.* 2. Sunt etiam de ratione istius sacrificii duo ministri, vnus principalis, scil. Christus, qui est simul Sacerdos & Hostia, & alter ministerialis, qui in persona Christi consecrat: non enim dicit. Hoc est corpus Christi, sed meum: offertque sacrificium nomine propriæ personæ, & Christi & Ecclesiæ: & ita dicit. Offerimus tibi. *can. quid corpus. can. in Christo. de consecrat. distin.* 2. Quia vero est sacrificium, ideo Missa tanta indumentorum & ornamentorum, precum, cæremoniarum, & canticorum solemnitate celebratur.

De requisitis ad Missam.

CElebraturus sacerdos, ex parte sua debitè præparatus, vt admonent cæremonialia, ieiunus accedat. *can. liquido. de consec. dist.* 1. & debet in Ecclesia Missam celebrare. *can. Missarum solemnia de consec. dist.* 1. celebretque lumine accenso etiam

etiam si mille soles luceant super terram. *c. fin. §. intellecto. de celebrat. Miss.* Et celebret indutus vestibus sacerdotalibus. *can. vestimenta. de consec. distinct.* 1. quæ sunt sex, Amictus, alba, cingulum, manipulus, stola & casula. Per amictum significatur operum fortitudo, significat etiam salutem, quæ per fidem tribuitur: de qua Apostolus. Galeam salutis assumite, significat etiã castitatem cordis & corporis. *Sacerdotalia vestimenta.* *Amictus.* Ad Eph. 6.

Alba, quæ membris corporis conuenienter aptatur, ob speciem candoris, munditiam sacerdotis designat: secundum quod legitur: omni tempore, vestimenta tua sint candida. Innoc. *vbi supra, cap.* 51. *ration. diuin. offic. cap.* 3. *Alba.* Eccl. 9.

Cingulum, quo super albã circa lumbos cingimur, continentiam significat. Vnde, inquit: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: quia in lũbis luxuria continetur, sicut Dominus loquens de diabolo manifestat, virtus eius in lumbis eius, & fortitudo eius in vmbilico ventris illius. *Cingulũ.* Luc. 12. Iob. 40.

Manipulus. Manipulus in sinistra manu ponitur, per quem bona opera vel vi-
Matt. 24. gilantia designantur, De quo Dominus ait; Vigilate quia nescitis, qua hora Filius hominis venturus sit: & in brachio sinistro fertur: ad denotandum, quod stricti debemus esse ad terrena, sed ad cœlestia expediti.

Stola. Stolam super collum imponi-
2. Cor. 6. mus, quæ iugum Domini significat. *capit. Ecclesiastica. 23. distin.* super collum imponitur, vt iugum Domini suscepisse demonstret, quam cum osculo imponimus ad denotandum assensum, & desiderium, quo nos huic iugo subiicimus,

Casulla. Casula seu planeta charitatem
1. Cor. 13. significat, sine qua sacerdos est sicut æs sonãs aut cymbalum tinniens. Alia sunt ornamenta Episcoporum, quos hic instruere non intendimus, & ideo nihil de eis.

His ergo ornamentis sacerdos, indutus portat arma contra spiritu-
Ephes. 6. ales nequitias, de quibus Apostolus: Induite vos armaturam Dei.

De mysterijs quæ in Missa aguntur.

In-

IN Missa sonant verba Diuina, Angelica, & humana: Diuina cũ dicitur Pater noster, Angelica quã-do dicitur Gloria in excelsis Deo, humana in collectis & huiusmodi. Ibi etiam audiuntur tria idiomata nobilissima, scilicet: Hebraicum, vt Sabbaoth, & Osanna: Græcum, vt Kyrie eleison: Latinum, vt in aliis: & hoc ad significandum, quod his tribus linguis, scriptus est titulus Crucis Christi. Ioan. 19.

In qua sunt etiam alia Diuina mysteria. Introitus significat aduentum Christi. Kyrie eleison significat postulationem misericordiæ, post aduentum Christi, Gloria in excelsis Deo, gratiarum actionem pro aduentu Christi. Collectæ, significant orationes Christi, quibus exauditus est, pro sua reuerentia. Heb. 5. Epistola quæ præmittitur Euangelio, præcursoris significat officium, quod Ioannes ante Christum exercuit. Ioan. 1. Ioan. 1. Graduale pœniten-tiæ lamentum insinuat, quam prædicauit Ioannes.

Alleluia significat cõsolationem post pænitẽtiã, Quia in voce exul- Psal. 41.

tationis, & confessionis sonus epulantis. Euangelium, quod fidem & prædicationem Apostolorum significat, dicitur in alia parte altaris, quam Epistola, & tunc liber mutatur, quia adueniente Christo, legis fit translatio.

Ad Heb. 7.

Deinde dicitur Credo, vbi fideles legem, quam in Euangelio audierant, confitentur & prædicant, quia corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.

Ad Rom. 10.

Deinde sequitur offertorium, quo sacerdos, & populus sua munuscula offerunt Deo, quia post prædicationem Euangelij, sequitur fides in corde, laus in ore, fructus in opere: secundum illud, *Circuiui & immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis.* Mox ablutis manibus seipsum in spiritu humilitatis suscipi ab eodem æterno Patre deprecatur; quia nisi persona Deo grata fuerit, oblatio quatenus ab ipso dimanat, esse nequit accepta: respexit enim Deus ad Abel, & ad munera eius. Deinde ad populum versus deprecatur: vt vna cum illo, acceptum fieri sacrificiũ oret.

Psal. 26.

Genes. 4.

Sequi-

Sequitur postea præfatio, quo & se Sacerdos ad consecrationem adornat, & populum ad diuinorum contemplationem exhortat.

Post præfationem sequitur Canon, qui in silentio fit, quia postquam Iudæi, Christum in palmis recepissent, abiit & abscondit se ab eis, & cum discipulis cœnauit & consecrauit. *Ioan. 12.*

Præterea, quia per orationem homo ad tantum percipiendum sacrificium est præparandus, sequitur oratio Domini, Pater noster, &c. Et quia hoc sacramentum est pacis & vnitatis, ideo pax populo porrigitur. Deinde sequitur cõmunio, quæ est boni operis consummatio. Et tandem collectæ in gratiarum actionem pro tanto sacramento ponuntur.

Intelligimus per altare Crucem, per Calicem sepulturam, per Patenam lapidem suprapositum, per Corporale sindonem in qua corpus Domini fuit inuolutum. *Innoc. vbi supra. Soto art. 3.* *Altare quid significat?*

In hoc diuino sacrificio Missæ, vtimur quatuor coloribus, albo, *Colores ornamentorum.*

Exod. 32. & 93. rubeo, nigro seu violaceo, & viridi, nã in legalibus indumẽtis, quatuor colores fuisse leguntur: bissus, purpura, hyacinthus & coccineus.

Albus. Apoc. 3. Albus significat integritatem, innocentiam, continentiam, & castitatem; de quibus dicitur: candidi facti sunt Nazaræi eius: & ambulant semper cum eo in albis.

Rubeus. Cantic. 5. Rubeus significat martyrium, ĩdeo de Christo dicit sponsa: Dilectus meus candidus & rubicũdus.

Niger. Cantic. 1. Niger seu violaceus, significat tristitiã & afflictionem: & ideo dicit sponsa. Nigra sum, sed formosa, & nolite me considerare, quod fusca sim, quia decolorauit me sol.

Viridis. Viridis color est medius inter album & nigrum: & ideo in diebus ferialibus, & Dominicis per annum Ecclesia eo vtitur. Rationale diuin. offic. *lib.* 3. *cap.* 18. *Innoc. de mist. altar. lib.* 1. *cap.* 65.

De præparatione Sacerdotum, volentium celebrare.

SAcerdos intendens celebrare, horis recitatis, saltem matutinis & laudibus, generalem habeat intentionis discussionem, ne propter

vanam

vanam gloriā celebret, propter verecundiam, propter alicuius personæ fauorem, propter lucrum temporale, aut propter consuetudinē. Generalem etiā debet habere contritionem, de omnibus omissis, quę facere debuit, de peccatis commissis corde & opere, & puram confessionem notabilium peccatorū notorum, vel ignotorum diligenter faciat. In Missa sit diligens sacerdos circa locum, id est, Ecclesiā vel altare, vt sit consecratum, & in loco decenti: diligentior circa calicē, ne sit fractus: & diligentissimus circa materiā, ne hostia sit corrupta, vinum acetosum, aut desit aqua. In Canone sit etiā sacerdoti cura magna, humiliter celebretur, cuius verba veraciter dicat, cum reuerētia & deuotione, vt firma fide consecrare intendat; in consecratione habeat diligentiam ad conficiendū corpus Christi, reuerentiam ad tāgendum, & deuotionem ad sumēdum. Sit humilis oratio, in primo & secundo Memento, orando prius pro se, ne tā indignus minister indigne recipiat tā dignū ministerium.

 Secun-

Pro quibus decet orare in Missa.

Secundo, orabit pro illis, qui sunt causa impulsiua principalis Missæ: deinde pro patribus, tam spiritualibus, quam corporalibus; deinde pro benefactoribus & malefactoribus, & pro illis qui suas preces per sacerdotem offerunt: hos omnes in particulari nominando, & vt in Missa ne morosus sit, poterit in sacristia, vel alio loco, supradictam orationem facere. Et poterit in Missa hoc vti Memento.

Memento Domine mei, & eorũ viuorum, pro quibus oraui: & quibus possum, sine præiudicio prædictorum, valorem huius Missæ applicare: & humiliter supplico tibi omnia scienti, vt ita mihi & illis eo ordine suscipias applicatũ, quo possem ego tuo consilio, quam optimè applicare. In secundo memẽto, similiter pro defunctis orabit. Post Missam, fiat summa gratiarũ actio, vt in Missali vel prout libuerit. Attendant tamen sacerdotes ad hæc singularia antiqua dicta.

Nota.

O sacerdos! corpus tuum quotidie efficitur sepulchrum Christi, quomodo ex ore tuo progreditur falsi-

falſitas, per quod ingreditur veritas? quomodo oculi tui vident vanitatem, qui quotidiè aſpiciunt veritatem, quomodo manus tuæ extenduntur ad illicita, quæ tenent tenentem omnia.

De effectu & fructu Sacramenti Euchariſtiæ.

HOc Sacramentum eſt magnũ conuiuium, in quo Chriſtus ſumitur, recolitur memoria paſſionis eius, mens impletur gratia: & futuræ gloriæ nobis pignus datur. Ioan.6. hic eſt panis, qui de Cœlo deſcendit, dat vitam mundo, noſtroſque animos in vita ſpirituali ſuſtentat, atque confirmat. Hæc ſacra ſynaxis, ſiue communio fideles tãquam eiuſdem corporis membra inter ſe iungit, capiteque noſtro Chriſto arctiſſimè vnit; vt in eo maneamus, 1. Cor.10. & ipſe in nobis. Hoc eſt viaticum noſtræ peregrinationis, quod in Exod.16. huius vitæ deſerto, militiaque ver- Deut.8. ſantibus, & hinc ad cœleſtem Hieruſalem contendentibus, veluti manna patribus datum, adfert conſolationem, delectationem, virtutem, & gratiam longè efficaciſſi-

Sap. 16. mam. Hoc est corpus Christi ægris medicina peregrinantibus via, debiles confortat, valentes delectat, & languorem sanat.

Iob. 6. Per hoc homo mansuetior fit ad correptionem, patientior ad laborem, ardentior ad amorem, sagatior ad cautelam, ad obedientiam promptior, ad gratiarum actionem deuotior, & ad gloriam aptior. Vt in versibus his eleganter dicitur.

Implet, commemorat, sustentat, roborat, auget
Hostia spem, purgat, reficit, vitam dat & vnit.
Confirmat fidem, munit, fomitemq́ remittit.

CAPVT VI.

DE SACRAMENTO *Extremæ vnctionis.*

Figura huius sacramenti. Extremæ Vnctionis typum gerebat vltima Dauidis in regem vnctio, & quando Dominus mandauit Heliæ, vt inungeret Azaelem in regem super Syriam, & Heliseum in Prophetam: vnde indicatur fideles esse inungendos, vt fiant reges cælestis regni, simulque Prophetæ Deum videntes.

1. Reg. 16.

3. Reg. 19.

Hoc

Hoc sacramentum idcirco Extrema vnctio appellatur, quia datur illis, qui in extremis laborantes, hoc diuino sacramento, ad æternã vitam apti efficiuntur & præparantur, cuius definitio est. Vnctio hominis infirmi, facta in partibus determinatis corporis, cum oleo ab Episcopo benedicto, & certis verbis à sacerdote, debita intentione, prolatis.

Quare dicitur extrema vnctio?

Definitio sacramenti extremæ vnctionis.

Hoc sacramentum fuit à Christo redemptore nostro institutum (vt ex communi traditione Ecclesiæ habetur) quando dedit Apostolis virtutẽ, & potestatem, super omnia dæmonia, vt languores curarent & infirmos sanarent: & sic Apostoli vngebãt multos ægrotos & sanabãtur. Cuius sacramẽti D. Iacobus promulgator extitit sua epistola dicẽs. Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesię & orent super eũ, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuabit eũ Dominus, & si in peccatis fuerit, remittentur ei. *Concil. Trid. Sess. 14. c. 1. de sacram. Extrem. vnct.*

Institutio huius sacramenti.

Marc. 6.

Iacob. 5.

Mate-

Materia huius sacramenti. Materia huius sacramenti est oleum oliuarum ab Episcopo benedictum, dicto *cap.* 1. *de sacram. vnct. Concil. Trid.*

Forma. Forma sunt hæc verba à ministro prolata, scilicet. * Per istā sanctam Vnctionem & suæ misericordiæ pietatē indulgeat tibi Dominus omnipotens quidquid peccasti per visum & concupiscentiā oculorum: Per auditum: Per gustū & illicitum sermonem: Per odoratum: Per tactum manuum: Per cogitatum: & per gressum pedum. Amen. * *Concil. Triden. & Floren.*

Minister. Minister huius sacramenti est solus sacerdos. Concil. Tridentin. *canon.* 4. *de extrema vnct. Sess.* 14. & sacerdos debet esse Parochus proprius. *Clemen. dudum. de sepul.* De licentia tamen parochi aut superioris prælati, quilibet sacerdos poterit ministrare.

Effectus. Effectus huius sacramenti, est peccata venialia remittere, gratiam conferre, animam à languore & infirmitate, quam ex peccato contraxit, & à cæteris omnibus peccati reliquiis liberare, eamque pio & sacro

ſacro gaudio replere: fidelibus arma & vires hoc ſacramentum ſubminiſtrat, quibus aduerſarii vim & impetum in mortis agone viriliter frangere poſſint: * Confert etiam diuinum hoc ſacramentum, corporalem ſalutem, quæ quidem, cũ diuina virtute cauſetur & non naturaliter, & vt ait D. Thom. ratio nunquam inducat ſecundarium effectum, niſi ſecundum quod expedit ad principalem: ideo ex hoc ſacramento non ſequitur corporalis ſanatio ſemper, ſed quando expedit ad ſpiritualem ſanationem, & tunc ſemper eam inducit, dummodo non ſit impedimentum ex parte recipientis *D. Thom. in addi. 3. p. q. 30. art 2.* * *Concil. Trid. cap. 2. & can. 1. de ſacra. vnctio Seſſ.* 14.

Quare fiat in partibus corporis unctio.

Infirmus vngitur in oculis propter viſum, in naribus propter odoratum, in ore propter guſtum vel ſermonem, in manibus propter tactum, in pedibus propter greſſum, in renibus ſiue in pectore propter luxuriam. *Concil. Floren.*

Quibus debeat hoc

Infirmis hoc ſacramentum adminiſtratur, illis ſcilicet, de cuius ſalute,

ſacramẽtum miniſtrari.

ſalute deſperatur, vel qui proximi ſunt morti. *Conc. Trid. vbi ſupra, capit* 3. & ſemel tantum in vna, eadẽ infirmitate, ſed quoties poſtea quiſquam, in aliud vitæ diſpendium inciderit, poterit iterum hoc ſacramento iuuari, nam ſacramentum Extremæ vnctionis, eſt de numero eorum, quæ iterari ſolent.

Sanis non poteſt hoc ſacramẽtum miniſtrari.

His, qui ſano ac firmo corpore ſunt, Extrema vnctio tribuenda nõ eſt, vt damnatis ad mortem, exeuntibus ad bellum, ſuſpendendis, vel nauigantibus, nam hi non ſunt infirmi.

Pueri & amentes an ſint vngendi?

Prætcrea qui rationis vſu carent, ad hoc ſacramentum ſuſcipiendum apti non ſunt: niſi habuerint tempore vitæ ſuæ lucida interualla. Et pueri qui nulla peccata admiſerunt, nec ad annos diſcretionis peruenerunt, vngendi non ſunt. Et non debet niſi petentibus miniſtrari, vel illis, de quorum vitæ curriculo & fide pręſumendum eſt, quod ſi non impedientur morbo vel infirmitate graui, libenter peterent & admitterent.

CAPVT

CAPVT VII.

DE SACRAMENTO *Ordinis.*

QVinque (de quibus locuti ſumus) ſacramenta, communia ſunt omnibus fidelibus: reſtant iã duo vltima, quę communia nõ ſunt omnibus, nec ad ſalutem, ſingulorum neceſſaria, ſed toti Eccleſiæ propagandæ, regendæ, gubernandæque vtiliſſima: Ordo ſcil. & Matrimoniũ, & Ordo habet quandam præ aliis ſacramentis neceſſitatẽ; eo quòd reliqua non conſiſterent, aut dignè ex officio non miniſtrarentur, niſi eſſet miniſter ordinatus, qui poteſtatem haberet ſacramentis filios Dei facere.

Sacramẽti Ordinis neceſſitas. Ioan. 1.

Hæc cæleſtis poteſtas angelorũ virtutem ſuperat, quæ non à ſacerdotio Moſayco, ſed à Chriſto Dom. (qui nõ ſecundũ Aarõ ſacerdos fuit, ſed ſecundũ ordinem Melchiſedech) ortũ habet; is igitur qui ſumma poteſtate gratiam tribuendi, & peccata remittendi, præditus fuit, hanc eandem poteſtatem, quãuis virtute definitam, & ſacramẽtis adſtrictã, eccleſiæ ſuæ reliquit: ad quã exer-

Excellentia huius ſacramenti. Ioan. 1.

exercẽdam certi ministri instituti sunt, solemni religione consecrati & ordinati. Quæ quidem ordinatio sacramentum ordinis vel sacra ordinatio nominatur, cuius descriptio est. Ordo est signaculum quoddam ecclesiæ, per quod spiritualis potestas tribuitur ordinato.

Sacramẽti Ordinis definitio.

De instit. sacramenti Ordinis.

Ordo est sacramẽtum nouæ legis.

ORdinem esse sacramentum nouæ legis Ecclesia determinauit in pluribus Conciliis, vniuersalibus, & vltimo in Triden. Synodo. *Sess. 23. can. 1. 2. & 3.*

Institutio.

Luc. 22.

Christus Dominus sacramentũ Ordinis instituit, post solemnem illam dilectionis cœnam, cum dixit: Hóc facite in meam commemorationem: quod etiam post resurrectionem consummauit, quia hóc sacramentum non solum cõstat potestate consecrandi, verum etiam potestate remittendi peccata, quæ fuit tradita post resurrectionem, quando dixit: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, &c. Et quamuis Euangelistæ non faciant de singulis ordinibus mentionem, legimus tamen

Ioan. 20.

men

men in scripturis sacris, Christum quodammodo vsum fuisse, actibus omnium ordinum, & tunc verisimile est, quòd ordinem instituit, & potestatem conferendi & vtendi Apostolis, & successoribus concessit, & dedit: vt in singulis ordinibus patebit.

De materia & forma Sacramenti Ordinis.

CVm omne sacramentum constet, ex rebus tãquam materia, & verbis tanquam forma: consequẽs est, sacramentum ordinis habere materiam exterius adhibitã, cuius non solum porrectio est de essentia sacramenti Ordinis, sed etiam tactus illius, ab eo qui ordinem suscipit, vt verba formæ ostẽdunt, cum dicitur. Accipe hoc vel illud, & est res illa, quæ suscipienti ordinem traditur, vt calix cũ vino, liber Euangeliorum, &c. quæ sunt diuersæ, secundum diuersos ordines, vt infra de singulis ordinibus referam.

Forma sacramenti Ordinis est, in qua exprimitur vsus ordinis, per impe- *Forma sacramẽti ordinis.*

imperatiuum, modum, vt cum dicitur. Accipe potestatem, offerendi sacrificium in ecclesia, tam pro viuis, quam pro defunctis, vt definitum est expresse in Concil. Floren. vbi in aliis ordinibus, etiã ponitur diuersa forma, vt patebit.

De ministro huius sacramenti.

SOlus Episcopus & non alius est huius sacramenti minister. *Conc. Triden. Sess. 23. can. 4.*

Episcopus est minister huius sacramenti.

Abbas ab Episcopo benedictus, potest clericatum seu primam tonsuram, Ostiariatum, & Lectoratum ministrare in suo monasterio, & subditis suis, & ex speciali concessione, & priuilegio. *cap. cum contingat.* 11. *de ætat. & qualit. ordinãd. cap. abbates, de priuileg. in 6.*

Abbas an possit ordinare?

De prima tonsura, an possit illam parochus ministrare, & minores ordines ex commissione Episcopi, seu Papæ, licet longam disputationem faciant Doctores, hoc tamen, pro certo & indubitato tenẽdum est, quod vsus Ecclesiæ habet, vt ab Episcopo accipiantur, ex Concil. Triden. dispositione.

Episcopus hæreticus, siue pro-

prius

prius siue titularis, degradatus, depositus, interdictus, excommunicatus, irregularis, seu suspensus, si de facto ordinare attentauerit, ordines vtiq; confert, si intentionem ecclesiæ & essentialia seruet; licet grauissimè peccet, & sic ordinatus maneat suspensus: nam retinet facultatem ordinandi, quia characterem indelebilem habet. Colligitur à simili ex *cap. 1. de ordinatis ab Episcopo qui renuntia. Episc.* *Episcopus hæreticus an possit ordinare?*

Hinc omnes tex. iuris canonici, in quibus ordinatio ab hæreticis facta dicitur esse irrita & inanis, intelligēdi sunt quo ad executionē & exercitiū; cum à supradictis ordinati sint suspensi irregulares & executione priuati: at verò quoad characterem, verè sunt ordinati.

De effectu Sacramenti Ordinis.

POtissimus effectus Sacramenti Ordinis est spiritualis potestas, & datur gratia sacramentalis, per quam conceditur facultas congruè & debitè exequendi officium in Ordine. *Spiritualis potestas.*

Imprimitur etiã character in sacramēto ordinis, non solũ in sacerdotio, *Imprimitur character*

dotio, in quo nullus dubitauit, sed etiam in singulis aliis ordinibus: nam character est spiritualis quædam potestas, quæ ab animo deleri nunquam potest, & in singulis ordinibus datur spiritualis quædem potestas.

Quando imprimitur character.

Perficitur autem sacramentum Ordinis, quando materia & forma applicantur, & tunc imprimitur character, & gratia infunditur.

De numero ordinis.

In Ecclesia est multitudo ordinum.

IN Ecclesia Catholica est multitudo ordinum, & officiorum à Christo, qui benè omnia fecit, introducta & instituta; primo, ad Dei sapientiam commendendam, quæ in ordinandarum rerum distinctione maximè refulget; vnde Regina Saba, videns ordinem mini-
3.Reg.10. strorum Salomonis Regiæ domus (quæ Ecclesiæ huius figura extitit) non habebat vltra spiritum, præ admiratione illius sapientiæ: sicut enim in Ecclesia triumphante, est Angelorum hierarchia, sic in Ecclesia hac militante est ordinum hierarchia, diuina ordinatione instituta; quę constat Episcopis, presbyte-

byteris, & diaconibus & subdiaconibus. Sic figuraliter in veteri testamento præcessisse constat, cum Aaron & filij eius fuerunt in ministerium templi destinati. Et quãuis sint plures ordines, quia tamen ordinantur ad vsum, scilicet Sacramentum Eucharistiæ administrandum, ideo est vnum Sacramentũ, licet sint diuersæ materiæ & formæ, nam tota plenitudo Sacramẽti ordinis est in ordine sacerdotali, cum igitur omnes ordinentur ad sacerdotium, patet ordinem esse vnum Sacramentum integrale, licet plura partialia.

Exod. 28.

Est vnũ Sacramẽtum.

Circa numerum ordinum, speculantur vtiliter & pie: dicentes, nouem esse ordines in ecclesia hac militante, quia nouem sunt hierarchiæ in ecclesia triumphante. *can. ad hoc.* 89. *dist. can fin. de pœnit. dist.* 2. Ita etiam in ecclesia hac militante, est hierarchia, diuina ordinatione instituta. *Concil. Trident. Sess.* 23. *can.* 6. Et ita primam tonsuram & Episcopatum ordines esse colligere liber, *ex can. cleros. vers. generaliter, distin.* 21. *can. perlectis.* 25.

Ordines quot sint.

dist. & *distinct.* 23. *per totum.* Nam prima tonsura spiritualem habet significationem, *can. duo sunt.* 12. *q.* 1. Et datur in ea spiritualis potestas scilicet habilitas ad recipienda Ecclesiastica beneficia quia non tonsuratus ea recipere non potest. Concil. Trid. *Sess.* 23. *c.* 6. *de refor.* & Episcopatum esse ordinẽ constat, cũ sit etiam spiritualis potestas in Episcopo, & imprimatur character, & dicitur ordo. *vt in c. aqua.* 9. *de consec. Eccl. vel alta.*

Ordines septem secundum Theolog.

Communis tamen Theologorum opinio tenet ordines esse septem, quatuor minores qui sunt Ostiarius, Lector, Exorcista, Acolitus: Et tres maiores, scilicet Subdiaconus, Diaconus, & Presbyter. De quibus sequentia nota.

De Ostiario.

Ostiarij unde dicti.

OStiarii secundum Isodorum, *in can cleros.* 21. *dist.* dicti sunt, ex eo quòd ostiis templi præsint, ipsi enim claues Ecclesiæ tenentes, omnia intus & extra custodiunt, fideles recipiunt, infideles respuunt, excommunicatosque expellunt. Initium habuit in veteri

testamẽto, vbi filii Core & Merari fuerũt ad custodiã tẽpli destinati. 1. Paral. c. 26.

Officiũ Ostiarii est pulsare cymbalũ & campanam, aperire ecclesiam vel sacrarium, librũ aperire ei qui prædicat: vt habetur in Pontificali Romano. *Catech. Rom. 2. p. c. 7. num. 15.* Datur spiritualis potestas, dum tãgit claues & profert Episcopus formam, scilicet. Sic agite, quasi reddituri Deo rationẽ, pro his rebus, quæ his clauibus recluduntur. *Can. hostiarius. 23. dist. Catech. Rom. 2. p. c. 7. num* 15. quæ verba & traditio clauium sunt de substantia huius ordinis. *Ostiarij officium.* *Datur potestas in prolatione forma.*

Exercuit Christus hunc ordinẽ, dum ementes & vendentes è templo eiecit, & ipse se ostium significans dixit. Ego sum ostium. *Exercuit & instruit Christus hunc ordinem.* Ioan. 2. Ioan. 10.

Hoc officium nos implemus, dum per fidem in Ecclesiam aliquem introducimus, vel aliquem errantem ad viã veritatis reducimus. *Rational. diuin. offic. lib. 2. c 4. n. 5.*

De Lectore.

Lectores à legendo dicti sunt. *Can. cleros 21. dist.* quia legunt, seu prædicant populis quid sequã- *Lectores vnde dicti?*

tur: hic ordo habuit originem à Prophetis, secundum illud Isaiæ: *Clama ne cesses quasi tuba exalta vocem tuam.*

Isaiæ. 38.

Officium Lectoris. Officium Lectoris est, legere ea quæ prædicantur, lectiones cantare; & benedicere panes & omnes fructus nouos. Datur potestas dum profert Episcopus similē formam. Accipe & esto verbi Dei relector; habiturus, si fideliter & vtiliter impleueris officium, partem cum ijs, qui verbum Dei, benè ministrauerunt ab initio. *can. Lector æ 3. dist. Catechis. cap. 7. n. 16.* quæ verba & tactus libri sunt de substantia huius ordinis.

Datur potestas in prolatione formæ.

Christus exercuit hunc ordinem. Luc. 2. Hoc officium impleuit Christus, cum in medio seniorum, librum Isaiæ aperiens distinctè ad intelligendum legit: Spiritus Domini super me: & interpretabatur scripturas. Hoc officium implemus, dum malè viuentes in ecclesia corrigimus, & aliquem bonis moribus instruimus, per sacrā scripturam & exempla sanctorum. *Rationale diuinor. officior. lib. 2. cap. 5. num. 5.*

De

De Exorcista.

EXorcista secundum Isodorum *in dict. can. cleros.* 21. *dist.* adiurans & increpans vocatur. *Exorcista vnde dicti.*

Hic ordo à Salomone videtur descendisse: qui Eleazarum constituit, à quo immundi spiritus, ab homine obsesso expellebantur: vt ait *Magister sentent. in* 4. *dist.* 24. *cap.* 4. De quo etiam Christus in Euangelio sic affatus est: Si ego in Beelzebub eijcio dæmonia; filii vestri scilicet Exorcistæ, in quo eijciunt? Matt. 17. Luc. 11.

Officium Exorcistæ est abijcere dæmones: accipit enim potestatem imponendi manus super energumenos; vt per impositionem manus, gratia Spiritus sancti, & verbis Exorcismi, pellatur spiritus immundus, à corporibus obsessis. ita in Pontif. Rom. *& in can. exorcista* 23. *distinct.* *Exorcista officium.*

Datur potestas, dum dicit Episcopus. Accipe & commenda memoriæ, & habe potestatem imponendi manus super energumenos, siue baptizatos, siue cathecumenos; traditio libri exorcismorum *Datur potestas in prolatione forma.*

& prædicta verba sunt de substantia huius ordinis.

Christus instituit & exercuit. Christus hoc officium exercuit, quando de Maria Magdalena septem dæmonia eiecit, & alios dæmoniacos sanauit.

Luc. 8. Luc. 4. Hoc officium implemus, dum per nostras orationes, vitium diaboli & malas cogitationes ab hominibus pellimus, decet igitur vt habeat spiritum mundum qui debet spiritibus immũdis imperare.

De Acolito.

Acolyti vnde dicti? Acolyti Græce, Latine Ceroferarii dicuntur à deportandis cereis, quando legendum est Euangelium, vel sacrificium offerendum. Magist. *sent in 4. dist. 24 c. 5.*

Exo. 27. Leuit. 6. Hic ordo habuit originem à veteri testamento, cum lucernas cãdelabri componebant ministri.

Officium Acolyti. Officium Acolyti est, ceroferarium ferre, luminaria Ecclesiæ accendere, vinum & aquam ad Eucharistiã seu ad ministerium sanguinis Christi ministrare. *can. Acolyti. 23. dist.* in Pontif. Rom.

Datur potestas Datur potestas, cum Episcopus dat ceroferarium dicendo. Accipe cero-

ceroferarium cum cereo; vt scias lumi- te ad accendenda Ecclesiæ lumi- naria, mancipari in nomine Do- mini. Et cum ab Episcopo accipit vrceolum, ad suggerẽdum vinum & aquam, in Eucharistiam sangui- nis Christi, in nomine Domini. *Cateh. num.* 18. Dominus hoc offi- cium se habere testatus est, cum dixit: Ego sum lux mundi.

in prolatione forma.

Ioan. 8.

Hoc officium implemus, dum ignem cælestem, scilicet scientiã, qua fratres, à cæcitate ignorantiæ illuminentur, ministramus.

De Subdiacono.

DIximus de non sacris & mi- noribus ordinibus, nunc de sacris, & maioribus ordinibus, dis- seramus oportet.

Subdiaconi, secundum Isido- rum dicuntur, quia subiacent præ- ceptis, & Officiis Leuitarum, & ideo Hebraicè Nathynei vocan- tur, id est, in humilitate Deo ser- uientes. *Innocen. de mysterio altar. lib.* 1. *cap.* 4.

Subdiaconi vnde dicti?

1. Esdr. 8.

Officium Subdiaconi est aquã ad ministeriũ altaris præparare, Dia- cono ministrare, pallas altaris &

Officium Subdiaconi.

 corpo-

corporalia abluere, calicem & patenam in vnum sacrificii offerre. Epistolam solemniter legere seu cantare in Ecclesia Dei *in can. perlectis. 25. distin.*

Datur potestas, & imprimitur character

Datur potestas, & imprimitur character, cum dicit Episcopus. Accipe librum Epistolarum, & habe potestatem legendi eas, in Ecclesia sancta Dei, tam pro viuis quam pro defunctis. *Catec. n. 19.* quæ verba & tactus calicis, cum patena sunt de substantia ordinis; reliqua vero de solemnitate.

Christus instituit & exercuit hunc ordinem.

Exercuit Christus hunc ordinē, quando in Cana Galilææ de aqua vinum fecit, & quando cœna facta, mittens aquam in peluim, pedes discipulorum lauit.

Ioan. 2. 13. Isaiæ. 52.

Subdiaconi legem continentiæ seruare debent, sicut scriptum est in Propheta: *Mundamini qui fertis vasa Domini.*

De Diacono.

Diaconus nomen est Græcum, idem quòd minister latinè significat, Hebraicè verò Leuita, habuit originem in veteri testamento: vnde ad Moysem locutus est

est Dominus, dicens: *Applica tibi tribum Leui, & fac stare in conspectu Aaron sacerdotis, vt ministrent ei.* Num. 3.

Officium Diaconi est assistere sacerdotibus, ministrare in omnibus, quæ aguntur in sacramentis, prædicare populo, & Euangelium solemniter cantare in ecclesia Dei. *can. perlectis. 25. distin.* *Officium Diaconi.*

Imprimitur character & datur potestas, dum accipit librum Euangeliorum ab Episcopo, dicente. Accipe potestatem legendi Euangelium in Ecclesia Dei, tam pro viuis quam pro defunctis in nomine Domini. *Cath. Rom. n. 22.* *Imprimitur character & datur spiritalis potestas.*

Hoc officium exercuit Christus, quando post cænam, sacramentum carnis & sanguinis discipulis suis ministrauit. Et cum dormientes excitauit Apostolos ad orationem, dicendo. *Vigilate & orate, ne intretis in tentationem.* Innocen. *de sacrificio Missæ. libr.* 1. *cap.* 5. *Exercuit Christus hunc ordinem.* Matt. 6.

De Presbytero.

Hic ordo habuit originem in veteri testamento, dum Dominus dixit Moysi. *Applica quoque*

ad te Aaron fratrem tuũ cum filijs suis de medio filiorum Israel, vt sacerdotio fungatur mihi Aaron, &c.

Officium Presbyteri. Officium Sacerdotis est offerre, benedicere, præesse, prædicare & baptizare. *cap per lectis.* 25. *dist.*

Imprimitur character. Imprimitur character dum dicit Episcopus. Accipe potestatem offerendi sacrificium Deo, Missasque celebrare, tam pro viuis quam pro defunctis, in nomine Domini. Quæ verba & tactus calicis, cum patena & hostia, sunt de substantia huius ordinis; ibi enim manet verus factus Sacerdos.

Datur potestas. Datur enim sacerdoti potestas absoluendi, expressa in illis verbis: Accipite Spiritum sanctum, quorũ remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt. *Cateh. Rom. num.* 25.

Matt. 26. Exercuit Christus hunc ordinẽ, quãdo post cænam panem in corpus, & vinum in sanguinem mu-
Ioan. 19. tauit. Et cum se ipsum in ara crucis obtulit, idem sacerdos & hostia, & adhuc gloriosus implet, dũ sedens ad dextram Patris interpel-

lat

lat pro nobis. *Ratio diuin. offi. lib. 2. cap. 20. in fin.*

De ordinandorum qualitatibus, de scrutinio in ordine faciendo, & aliis in ordinandis requisitis, *supra Sectione 2. dixi.*

CAPVT VIII.

DE SACRAMENTO Matrimonij.

MAtrimonium ab eo dicitur, quòd fœmina idcirco maximè nubere debeat, vt mater fiat; vel quia prolem concipere, parere, & educare matris munus est; & ideo potius à matre, quam à patre nominatur matrimonium; quia maiora substinet onera, est enim ante partum onerosa, in partu dolorosa, & post partum laboriosa. *cap. ex litteris. de conuers. infide.* *Matrimonium vnde dicitur?*

Coniugium quoque à coniungendo appellatur, quòd legitima mulier cum viro quasi vno iugo adstringatur. *Coniugiũ dicitur.*

Nuptiæ dicuntur, quia pudoris gratia puellę se obnuberent, idemque significant in proposito coniugium, connubium, & consortiũ. *Nuptiæ.*

l. in eo iure. §. hoc capite. ff. de ritu nuptia. Cuius figura in illa tam arcta coniunctione primorum parentum præcessisse constat, quam D. Paulus Magnum sacramentum appellat.

Gen.2. ad Phil.

Matrimonij definitio. Cuius definitio est, matrimonium est viri & mulieris maritalis coniunctio, inter legitimas personas, indiuiduam vitæ consuetudinem retinens.

Cuius sunt tria bona, scilicet fides, proles, & sacramentum. *can. omne itaq;* 27. *q.* 2. fides, quia nullum adulterium; proles, quia filiorum procreatio; sacramentum, quia nullum diuortium, tum quia significat sacram Christi & Ecclesiæ coniunctionem.

De Sponsalibus.

Sponsalia. SPonsalia sunt mutuæ viri & fœminæ promissiones, de matrimonio in futurum contrahendo. * signo sensibili expressæ. *. *can. nostrates.* 30. *q.* 5.

Ad matrimoniũ prætерita sponsalia non sufficiunt (nisi vtriusque coniugis nouus consensus per verba de præsenti interueniat) nec

nec ad matrimonii essentiam requiritur.

Quo tempore possit quis sponsalia contrahere.

Tempus permissum contrahendi sponsalia, per se ipsos, est à septennio anno expleto, & non antea: non enim ante illam ætatem vtitur homo perfecto rationis iudicio, vt possit assensum alicui contractui præstare. *cap. literas.* 4. *cap. accessit.* 5. *cap. ad dissoluendum.* 13. *de desponsat. impub. cap. vnico, iuncta glos. eodem tit. in* 6. *tex. in l. in sponsalibus ff. de sponsal.* In matrimonio diuersæ ætates, requiruntur: nam in viro ætas quatuordecim, in fœmina vero duodecim annorum.

Quibus modis sponsalia contrahantur?

* Quatuor modis contrahuntur sponsalia. 1. Per simplicem & absolutam promissionẽ: absolutam, id est, sine conditione. Simplicem vero, id est, sine aliquo alio onere augente obligationem, vt cum quis dicit. Ego ducam te in vxorem: altera vero, Ego nubam tibi.

2. Modo, per absolutam promissionem, sed aliquo onere accedente, puta, iuramento, do-

natione annuli aut alicuius arræ.

3. Per promissionem conditionatam, & possunt esse quatuor genera conditionum, de quibus dicenda sunt prorsus omnia, quæ de matrimonio conditionato dicemus infra, cũ de impedimẽtis matrimoniũ dirimẽtibus, sermo erit.

4. Modo fiunt per virtualẽ promissionem, in cuius gratiam nota *ex cap. vnico de spons. impub. in ver.* cum duo impuber. vel vnus impubes contrahunt de præsenti, tunc non censetur matrimon. sed sponsa. non enim vult Ecclesia illum consensum admittere, nisi tãquam de futuro, cui tamen æquiualet. Anni vero pubertatis in fœmina sunt duodecim: in masculo vero quatuordecim; ante quos, expressus consensus de præsenti non est matrim. sed tantum sponsalior. vicem gerit. Et modo iuxta Conc. Trid. nisi talis cõsensus de pręsenti, sit cum testibus & parocho (vt dicetur infra) nullius est efficaciæ.*

Sponsalia iuramẽto firmata. Sponsalia iuramẽto firmata vim matrimonij de præsenti non habent, quia per vtriusque partis cõ-

sensum

sensum dissolui possunt. *cap. 2. de sponsal.* & non transeunt in matrimonium, nisi per nouum consensum expressum de præsenti coram parocho & testibus. *non transeunt in matrim.*

Sponsalia iurata, sunt adimplẽda, ita quòd sub pœna periurii, nõ potest quis cum alia contrahere, nisi cum ea cui fidem dedit: imo iudex potest sponsum inuitum compellere, vt cũ sponsa cõtrahat. *cap. requisiuit. 17. de sponsalibus*, sed debet intelligi de cõpulsione per monitionem. *vt in cap. ex litteris. 10. de sponsalibus*, & peccat mortaliter sponsus si non contrahit matrimonium cum sponsa. *cap. 1. de sponsa duorum.* *Sponsalia iurata, sunt adimplenda.*

Sponsalia dissoluuntur nouem casibus: 1. Primo quando ipsi cõtrahentes, mutuo dissensu ab inuicem se absoluunt, quamuis spõsalia sint iurata. *cap. præterea. 2. de sponsal.* *Sponsalia quibus casibus dissoluantur.*

2. Si alter sponsorum transeat ad religionem. *vt in cap. verum. 2. de conuersione coniugat.* quæ decisio etiã procedit in matrimonio rato ante copulã carnalẽ, altero inuito.

vt in dicto cap. verum. 2. & in cap. ex publico. 7. de conuersione coniug. cap. commissum. 16. de sponsal.

3. Sponsalia dissoluuntur, fornicatione secuta, nam sponsa fornicante, sponsus liber est ab obligatione, quia primam fidem irritam fecit. *cap. quemadmodum. 25. de iureiurando.*

4. Quando sponsus est absens, & vagatur per orbem, & non inuenitur, tunc iudicis licentia, poterit præsens contrahere.

5. Dissoluuntur sponsalia per lapsum temporis præstiti ad matrimonium contrahendum, posita à principio contractus sponsaliorum.

6. Et per subsequens matrimonium de præsenti cum alia, etiam copula non consummatum. *cap. sicut. 22. si inter. 31. cap. de illis. 5. de sponsal.*

7. Per superuenientem affinitatem, vt si sponsus cognouit consanguineam sponsæ, vel è conuerso. *can. quidam, cum seq. 27. q. 2.* quod intellige quando affinitas cõtrahitur intra primum & secundum

dum gradum; nam alii gradus matrimonium non impediunt ex copula illicita. *Concil. Triden. Sess. 24. cap. 4. de reform.*

Soluuntur ex solo impuberis dissensu, quando sponsalia fuerũt contracta in minori ætate, scilicet ante septennium, qui tamen dissensus non admittatur ante perfectam ætatem.

9. Quando quis post votum simplex castitatis, sponsalia contraxit, tunc non tenent & dissoluuntur. *cap. rursus. 6. qui clerici vel vouentes.*

Sponsalia per copulam non transeũt.

Sponsalia non transeunt in matrimonium, etiam copula carnali actu, affectu, & intentione maritali subsecuta; cum matrimonium clandestinum reputetur; & sine præsentia parochi, sit ipso iure nullum. *Concil. Triden. Sess. 24. cap. 1. de reform. matrim.* licet ante Concil. Trid. procedebat aliter. *cap. is qui fidem 30. de sponsalibus. cap. de illis. c. per tuas. 6. de condit appos.*

Prohibito matrimonio clandestino, sponsalia clandestinè contracta, non censentur prohibita.

De

hentium expresso consensu, traditio videlicet potestatis in propriũ corpus, consorti facta, & acceptatio potestatis in ipsius consortis corpus ab eo traditæ. In quantum igitur, expresso contrahentium consensu traditur supradicta potestas, est materia: in quantum vero eodem cõsensu acceptatur, est forma huius sacramenti. *

Hinc collige benedictionem sacerdotis non esse matrimonii formam, quia accedit matrimonio iam confecto: est tamen aliquid sacramentale, id est, sacramento annexum.

In sacramento matrimonii, est duplex materia, propinqua scilicet, & remota. Materia remota sunt personæ habiles, ad contrahendum: materia autem propinqua, est consensus expressus, supradicto modo. *Duplex materia in matrimonio.*

De ministro sacramenti matrimonij.

COmmunissima est omniũ sententia, contrahentes ipsos esse ministros huius sacramenti, cum sibi ipsi materiam & formã ministrent; sed decisione *Concil. Triden. Sess. 24.* *Contrahentes sunt ministri.*

Seß. 24.*cap.* 1.*de form. attenta*, duplicem ministrum in Sacramento Matrimonii, possumus constituere, alterum de iure diuino, de essentia sacramenti Matrimonii videlicet ipsos contrahentes: & alterum de iure positiuo, qui iuxta Concil. Triden. decretum, est sacerdos parochus, qui vna cum duobus vel tribus testibus, requiritur ad authorizandum matrimonium; cuius sola & testium præsentia necessaria est.

De effectu.

Effectus huius sacramenti, est conferre gratiã, naturalẽ amorem perficere, indissolubilem vnitatem coniugesque sanctificare. *Conc. Trid. Seß.* 24. *can.* 1. *vers. gratiam.* Aliquando vero, matrimonii gratia, extinguitur ignea flamma. scilicet concupiscentia.

De impedimentis Matrimonii.

Impedimenta matrimonii sunt in duplici differentia, quædam impediunt, ne matrimonium cõtrahatur, si tamen de facto contractum fuerit, matrimonium tenet

net, nec dissolui potest, licet contrahentes peccent, si absq; dispensatione contrahunt: quæ sunt vndecim. Primum est interdictum ecclesiæ, vt si quis contra iudicis prohibitionem, contrahit, vt sine denunciationibus, si tamen de facto fiat, matrimonium tenet. *cap. 1. cum alijs, de matrim. contracto contra inter eccles.* *Impedimēta quæ impediūt, & non dirimunt.* *Interdictum Ecclesia.*

2. Impedimentum est votum simplex castitatis. *Can. 2. dist. 27. glos. in can. si quis votum. 27. q 1.* *Votum simplex.*

3. Sponsalia, vt si quis promisit aliquam ducere, non potest cum alia contrahere, si tamen de facto contrahit, validum est matrimonium, & dissoluuntur sponsalia. *Sponsalia.*

4. Impedimentum est, si quis est iunctus alteri Catechismo, nam qui instruit aliquem baptizandū, in rebus nostræ fidei, ex quo cognatio spiritualis per catechismū oritur, non potest cum illo contrahere, factum tenet. *cap. per catechis. 2. de cognatione spirituali. in 6.* *Catechismus.*

5. Vxoricidium, id est, qui vxorem propriam occidit. *can. admonere.* *Vxoricidium.*

nere. 33. *quæst.* 2. Quod intelligendum est, cum distinctione, aut enim vir occidit vxorem suam, vt aliam ducat: & hoc impedit & dirimit matrimonium, vt infra dicam, aut enim occidit vxorem suam aliqua alia de causa, & tunc impedit & non dirimit.

Raptus alterius sponsæ.

6. Raptus sponsæ alterius. *can. statutum* 27. *quæst* 2. & licet attento iure antiquo hoc impedimentum solum erat impediens, & non dirimens: tamen *Conc. Trid. Sess.* 24. *c.* 6. *de ref.* determinat, quod quandiu rapta sit in potestate raptoris, inter eos nullum potest constare matrimonium.

Presbytericidium.

7. Presbytericidium. *cap. qui presbyterum, de pœnitent. & remiss.* nam qui presbyterum occidit, ob delicti grauitatem à iure punitur, vt non possit contrahere matrimonium.

Solemnis pœnitentia.

8. Solemnis pœnitentia. *can. de ijs. can. antiqui.* 33. *quæst.* 2. Nam pœnitentiati publici, dum pœnitentiam adimplent, non possunt matrimonium contrahere.

9. Impedimentū est coniugium scien-

ſcienter cum moniali. *Can. hi ergo qui.* 27. *q.* 1. Nam ex eo quòd cum moniali contrahere quis præſumpſit, prohibetur vnquam cum alia contrahere poſſe. *Contractus cum moniali.*

10. Impedimentum eſt peccatum mortale, nam exiſtens in peccato mortali, non poteſt contrahere, abſque nouo peccato: ſi tamen de facto contrahit, tenet matrimonium. *Peccatum mortale.*

11. Eſt excommunicatio, nam excommunicatus, non poteſt cõtrahere matrimonium: ſed ſi contrahit, tenet factum. *cap. ſignificaſti.* 6. *de eo qui duxit in matrim.* quam polluit per adulterium. *Excommunicatio.*

12. Eſt tempus feriatum, *c. capellanus*, 4. *de feriis.* *Can non oportet. cũ ſequentibus.* 33. *q.* 4. Tempora prohibita de iure nouo. *Concil. Trid. Seſſ.* 24. *c.* 10. *de refor* ſunt ab Aduẽtu Domini noſtri, vſq; ad diem Epiphaniæ incluſiuè, & à feria quarta Cinerum, vſque ad octauam Paſchatis: quæ prohibitio tantum intelligitur, quo ad ſolemnem benedictionem nuptiarum. *Tempus feriatum.*

In omnibus ſupradictis impedi-
mentis

Episcopus dispensat in omnibus supradictis impedimētis.

mentis potest Episcopus dispensare, quando cum alio seu aliis nō concurrunt.

Alia sunt impedimenta, quæ impediunt contrahendum, & dirimunt contractum, & sunt numero duodecim, in his versibus contenta.

Impedimēta quæ impediũt & dirimũt matrimoniũ.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen.
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas.
Si sis affinis si forte coire nequibis.
Hæc facienda vetant connubia, facta retractant.

Error.

Primum impedimentum est error, scilicet personæ, vt quando quis putat contrahere cum Martha, & contrahit cum Eugenia, qui error consensum impedit, qui est de essentia matrimonii, & ipsius causa. Idem dicendum est de errore nobilitatis, aut dignitatis, quando refunditur in errorē personæ, vt si quis intendat contrahere cum filio principis, quicunque ille sit, & non cum alio, & alius tanquam principis filius præsentatur, est error personæ, & matrimonium

monium dirimit. *Can.* 1. *verſ. error.* & *verſ. ſi his ita.* 29. *q.* 1.

2. Eſt conditio, vt ſi quis intendat contrahere cum libera, contrahit tamen cum ſerua, impedit matrimonium, *c. propoſuit.* 2. *de coniugio ſeruo.* 29. *q.* 1. §. 1.

Sed notandum eſt non ſemper per conditionis errorem dirimi matrimonium. Si enim errantis conditio non deterioratur per tale matrimoniũ, aut melioratur, matrimonium tenet, verbi gratia, ſeruus ducit ſeruam, putans eſſe liberam, matrimonium tenet, quia non fit deterior conditio errantis, ſimiliter ſi ſerua nubat ſeruo, putans eſſe liberum; rurſus ſeruus ducit liberam putans eſſe ſeruam, vel è contra ſerua ducit liberum putans eſſe ſeruum, matrimonium eſt validum; quia melioratur conditio errantis in conditione. Quãdo vero per huiuſmodi errorem deterioratur cõditio errãtis in cõditione, v. g. liber ducit ſeruã putans eſſe liberam, aut libera nupſit ſeruo exiſtimãs eſſe liberũ, nõ eſt matrimoniũ. Ita habetur. *c. ad no-*

stram de coniug. seruo. limitatur ista vltima propositio à Richardo 46. 39. q. 1. *artic.* 1. *& Naua. cap.* 22. *&* 23. nisi qui errat, sic contrahat· qui esset paratus, etiam cognita tali conditione seruitutis.

De matrimonio conditionato.

Reperitur etiam in matrimonio aliud conditionis impedimentũ, quando videlicet consensus conditionaliter exprimitur. Quod quatuor modis potest accidere. 1. Cum tria sunt matrimonii bona, scilicet, proles, fides seu fidelitas, & indissolubilitas. Potest esse cõditio contra eorum quodlibet, vt si quis diceret. Duco te in vxorem si sumpseris potiones vt fias sterilis; vel si promiseris postea copiã tui, his quos ego signauero: vel etiam, si non inuenero aliam ditiorẽ te. Hæc dicitur conditio contra bonũ matrimonii, quæ matrimoniũ facit nullũ. 2. *Conditio* dicitur turpis, quando sub ea petitur aliquod peccatũ, quod tamen nõ est cõtra bonũ matrimonii. Vt si quis diceret duco te in vxorem si occideris tuũ Patrẽ, & alia huiusmodi, quæ conditio habetur pro nõ apposita,

posita, & si interfuit verus cõsensus de præsenti, est verũ matrimonium, conditio enim turpis habetur pro nulla. *c.* 1. *de cond. appositis.* 3. *Cõditio* est impossibilis, vt si quis diceret duco te in matrimoniũ, si digito cælum tetigeris, quæ cõditio cũ habeatur sicut nõ apposita, vt præcedens, non anullat matrimoniũ. 4. *Conditio* est honesta, & hęc duplex, vna est de præsenti aut præterito; Vt cõtraho tecũ si es diues, cõtraho tecũ, si patrẽ es allocutus. Et tunc stante cõditione est matrimoniũ & non aliàs: *Alia est* de futuro, vt contraho tecũ, si dederit mihi Pater tuus centũ aureos tũc cũ cõditio implebitur, erit matrimonium, perseuerãtibus illis in sua volũtate: ante cõditionẽ vero impletã non est matrimon. *de condit. appo. super ea.* Huiusmodi cõditionata matrimonia de pręsẽti vix iam possunt reperiri post Conc. Trid. Secundum quod vt diximus clandestina matrimonia anullantur: at in sponsalibus, quæ possunt fieri clandestina, possunt facilius accidere. *

Votum. 2. Est votum, quia votum solemne propter quod homo sui corporis potestatem amisit se tradens Deo, matrimonium contrahendum impedit, & dirimit contractum: nec est simile de voto simplici, nam illud matrimoniũ contrahendum impedit, sed non dirimit contractum, *cap. quod votum, de voto, & voti redemp. in 6. Conc. Trid. Sess. 24. can. 9.*

Cognatio. 4. Est cognatio, quæ triplex est, carnalis, spiritualis, & legalis.

Consanguinitatis definitio. Carnalis est, consanguinitas: quæ est vinculum personarum, ab eodem stipite propinquo descendẽtium, carnali propagatione contractum: quæ matrimonium impedit, vsque ad quartum gradum.

Cognatio spiritualis definitur. Cognatio spiritualis, est attinẽtia duarum personarum, quæ ex statuto Ecclesiæ oritur, per baptismi, & confirmationis administrationem; vel susceptionem baptizati vel confirmati. Quæ non egreditur vltra baptizantem & baptizatum, illiusque patrem, & matrem, ac suscipientem & tenẽtem. Idem dicendum de cõfirmatione.

Cogna-

Cognatio legalis est proximitas personarum, ex adoptione alicuius in filium proueniens; vnde adoptatus, durante eius adoptione, non potest ducere in vxorem filiam carnalem adoptantis, sed si emancipatus fuerit, poterit: adoptans vero nullo tempore poterit filiam adoptatam ducere in vxorem, nec filius adoptatus, matrem adoptantem. *Cognitio legalis.*

5. Est crimen. tria crimina sunt quæ impediunt & dirimunt matrimonium. *Crimina quæ impediunt & dirimunt.*

Primum est, adulterantis cum coniugata, & machinans mortem viri, vel è contra. *Can. illud.* 31. *q.* 1.

Secundum promittentis adulteræ, viuente viro eius, eam ducere in vxorem. *Can. illud.* 31. *q* 1.

Tertium est, si viuente legitima vxore, scienter superinducit adulteram in coniugem. *Can. illud.* 31. *quæst.* 1.

6. Est cultus disparitas, quod est, quia fidelis non potest contrahere cum infideli. *Can. non oportet.* 28. *q.* 1. *Cultus disparitas.*

7. Impedimentum est vis, vt *Vis.*

cum quis cogitur ad matrimoniũ contrahendum, per vim, seu per metum mortis, seruitutis vel huiusmodi. quæ cadãt in constantẽ virum. Vnde nec rapta potest cõtrahere cum raptore, dũ fuerit in potestate raptoris *c. cũ locũ. 14. cap. consultationi. 28. de sponsal.*

Ordo. 8. Impedimentũ est ordo, quia ordo sacerdotalis impedit matrimoniũ contrahendum, & dirimit contractũ, hoc intelligendum est de maioribus ordinibus, scilicet de ordine subdiaconatus, & presbyteratus. *can. si quis. 32. dist.*

Ligamen. 9. Impedimentum est ligamen, quia nemo qui legitime duxerit, & alligatus est vxori, potest viuẽte ipsa, aliam ducere & accipere. *cap. licet. 3. de sponsa duo.*

Publica honestas. 10. Impedimentum, est publica honestas, quia iustitiæ publicę honestatis impedimentum est, quod ex sponsalibus de futuro oritur, vt si quis despondeat puellæ septem annorum, licet eam carnaliter nõ cognouerit, non potest contrahere cum eius consanguinea, intra primum gradum, vbi valida fuerunt

runt sponsalia, quia ex sponsalibus nullis non oritur istud impedimẽtum. Conc. Trid. *c.* 3. *&* 4. *in decre. de refor. Sess.* 24.

11. Impedimentum est affinitas, quæ est proximitas personarum, ex quocunque coitu, seminum commistione intra naturale vas secuta, omni carens parentela: nam mulier efficitur affinis omnium consanguineorum mariti, & è contra, quod vsque ad quartum gradum impedit, quando fuit copula licita: in illicita verò tantum vsque ad secundum, *cap. quod super his, de consang. & affinit. Concil. Trident. Sessione* 24. *cap.* 4. *Affinitas definitur.*

Vltimum impedimentũ est impotentia coeundi, vnde si quis nõ poterit per impotentiã coire, impedit matrimoniũ & dirimit contractum. Si autem impotentia fuerit accidentalis, & per medicinam remoueri possit, valet & tenet matrimonium, quia ad hoc vt impediat, & dirimat, debet esse impotentia perpetua, quo ad illud matrimonium. Et hæc sum- *Impotentia.*

matim de impedimentis. Reliqua require à doctoribus supra citatis. *c.1.&2.33. quæsti.1. cap. laudabilem, de frigidis & malefic.*

Contrahentes cōfiteantur. Postremo. Conc. Trid. coniuges hortatur, vt antequam contrahant, saltē triduo ante matrimonij consummationem, sua peccata diligenter confiteantur, & ad sanctissimum Eucharistiæ sacramentum piè accedant. *Conc. Trid. Sess. 24.c.1. de reform. vers. postremo.* Debent etiam tres monitiones præcedere, tribus diebus festiuis; vel vna pro tribus, de licentia ordinarii. *Concil. Triden. dicto cap.1. versic. idcirco.*

SECTIO IV.

DE ECCLESIASTICIS Censuris.

Potestas excōmunicandi est à iure diuino. Ecclesiasticam iurisdictionem, & potestatem puniendi inobedientes & maleficos, à Christo Domino Apostolis datam, & successoribus concessam, sacræ literæ ostendunt. Si quis Ecclesiam non audierit (inquit Christus,) sit tibi tan-

tanquam ethnicus & publicanus. Matt. 18.
can nouit. 13. *de iudicijs.* Hac pote-
ſtate vſus eſt D. Paulus dum Co- 1. Cor. 5.
rinthum publicè fornicantem ex- & 1. ad
cõmunicauit, & propter blaſphe- Tim. 1.
miam, Hymineum, & Alexandrũ
tradidit Sathanæ. Idem quoque
ait. Si angelus vobis de cœlo ali- Ad Gal. 1.
ud euangelizauerit; præterquam Actor. 5.
quod euangelizauimus vobis, a-
nathema ſit. D. etiam Petrus A-
naniam & Saphiram, morti tradi-
dit. Hinc D. Chryſoſtomus di-
xit. Nemo contemnat vincula Ec-
cleſiæ; non enim eſt homo qui li-
gat, ſed Chriſtus qui hanc pote-
ſtatem dedit. *can. nemo.* 11. *quaſt.* 3.
Ideo Eccleſia Catholica, vt ſcelera
puniat, iniurias vindicet, crimina
coerceat, cenſuris vtitur: nam
cenſuræ & pęnæ ſunt gladii & vi-
res Eccleſiæ, ad animaduertendũ
in facinoroſos homines. *can. corri-* *Cenſuræ*
piantur. 24. *q.* 3. quæ ſunt excom- *pœnæ*
municatio, interdictum, ſuſpen- *ſunt.*
ſio; irregularitas, ceſſatio à diuinis,
pœnitentia publica, depoſitio &
degradatio. Ex quibus excommu-
nicatio, interdictum & ſuſpenſio

propriè censuræ vocantur, cum hæ solum in iure, censuræ nominentur, & propriè per sententiam ferantur. *cap. quærenti. 20. de verb. signific.* minus propriè dicuntur censuræ cessatio à diuinis, pœnitentia publica & solemnis, depositio, & degradatio, quia fiunt per condemnationem & sententiam iudicum, irregularitas, & excommunicatio minor non dicuntur censuræ, sed pœnæ, quia contrahuntur & per sententiam non feruntur. De quibus omnibus specialiter erit sermo.

Capvt I.

De Excommunicatione.

Excomm. definitio. Excommunicatio est Christiani hominis, à qualibet licita communione vel legitimo actu, separatio.

Cõmunio triplex. Communio est triplex; alia est communio interior per fidem: de qua loquitur D. Paulus. *Multi vnum corpus in Christo.* Et Propheta: Particeps ego sum omnium timentium te.

Ad Roman. 12.
Psal. 118.

Secunda, est communio extrinseca, qua fideles communicant in ora-

orationibus, suffragiis, & sacrificiis, quæ offert Ecclesia pro fidelibus; de qua in can. qui communicauerit 11. *quæst.* 3. & est communio politica.

Alia est communio media, interior scilicet & exterior, quæ partim constat ex charitate fidelium intrinseca, & partim est extrinseca; cuius mentio fit in Symbolo fidei, vbi dicitur Sanctorum communionem. Excommunicatus nõ priuatur communione prima, sed communione secunda & tertia.

Excomm. triplex. Excommunicatio est triplex, minor, maior, & anathema. *Minor.* Excõmunicatio minor est separatio Christiani hominis à sacramẽtorũ Ecclesiæ præceptione passiua.

Maior. Excommunicatio maior, est censura priuans participatione, tam actiua quam passiua sacramẽtorum & hominũ, & tam bonorũ spiritualium, quam temporalium.

Anathema. Anathema est solemnis maledictio, quæ fit per executiones publicas, aduersus excommunicatum, de qua in *canon. Debent,* 11. *q.* 2. Anathema est nomen hebraicum, siue

Num.21. Syriacum, & significat propriè idem quod detestatio, execratio, seu maledictio, nam postquam Hebręi subuerterant loca illa Gomorrhæorum, vocarunt loca illa Horma, id est, anathema, & cum Hierico esset subuertenda, dixit

Iosue.6. Iosue, Sitquè ciuitas hæc anathe-

Ad Galat. 1. ma. Et D. Paulus ad Gal fuit vsus hoc nomine anathema; vnde quia excommunicatus, maledicitur solennitate quadam & cæremonia, ideo dicitur anathema.

Anathema præsupponit maiorem excommunicationem.

Ex quibus patet, anathema semper præsupponere maiorem excommunicationem, *vt in can. Engeltrudam.*3.*q*.4. Et quamuis in effectu non differant, differunt tamen in solemnitate & modo, hinc intelliges omnes Canones Concil. Triden. in quorum fine sunt hæc verba: anathema sit, quia si aliquis negauerit, ibidem determinata, iam est maiori excommunicatione excommunicatus, cum hæreticus sit, vt in *can*.1. *&* 2. 24. *q*.1. *cap. ad abolendã*.9.*de hæret*. non tamẽ est anathema, donec solemniter fiat, & id sonant illa verba,

ana-

anathema sit, id est, fiat. *glos. in cap. si quis 4. de vita & honest. cler.* Excommunicatio maior est duplex, alia lata à iure: alia lata ab homine.

Lata à iure, est quando generaliter canon, constitutio, vel statutum excommunicat; quæ adhuc est duplex, altera à iure communi, vt sunt excommunicationes contentæ in Bulla Cœnæ Domini, in Decreto, Decretalibus, Sexto, Clementinis, Conciliis generalibus, & Extrauagantibus Romanorum Pontificum: Alia est lata à iure particulari, quæ ex constitutionibus Synodalibus alicuius diœcesis, vel Episcopatus, in illa prouincia sancita est, nec tamen extenditur ad alia loca extra diœcesim illam vel prouinciam. ***Excom. lata à iure.***

Excommunicatio ab homine dicitur illa, quæ ab aliquo superiore iudice vel ordinario fertur. ***Excomm. ab homine.***

Excommunicatio lata ab homine, est duplex, iusta & iniusta. *iuxta gloss. in sum.* II. *quæst.* 3. Sententia iusta dicitur illa, quæ fertur à legitimo iudice, ob iustam cau- ***Excomm. iusta.***

ſam ſeruatis debito ordine & fine.

Iniuſta eſt illa, cui deeſt aliqua ex conditionibus aſſignatis, quæ timenda eſt, quia ſententia paſtoris ſiue iuſta ſiue iniuſta, eſt timenda. *can. ſententia.* 11. *q.* 3.

Sententia iniuſta valida. Sententia iniuſta, alia eſt valida: & alia inualida.

Iniuſta valida eſt, quando iudex excommunicat, animo maleuolo.

Quando excommunicat innocentem: & ſecundum allegata & probata eſt nocens & reus.

Quando deeſt modus iuris, in excommunicatione ferenda, vt quando fertur ſine ſcriptis, vel ſine canonica monitione.

Excomm. iniuſta inualida. Excõmunicatio iniuſta inualida poteſt euenire ſequentib. caſibus.

1. Quando lator ſententiæ iudex excommunicati non eſt, nec ius in eum habet.

2. Quando qui excommunicat, eſt excommunicatus, ſuſpenſus, vel interdictus à iuriſdictione. *can. miramur.* 24. *q.* 1.

3. Quando excommunicatio fertur contra tenorem priuilegiorum, *cap. quanto* 26, *de priuileg.*

4. Quan-

4. Quando ſententia fertur à delegato non legitimo, & in caſu non permiſſo. *cap. tanta eſt.* 18. *de exceſſib. prælat.*

5. Quando poſt legitimam appellationem fertur. *cap. per tuas.* 11. *de ſent. excom.*

6. Quando ſententia intolerabilem continet errorem, vt ſi quid illicitum præciperet; aut impoſſibile, aut contra ius, &c. *can. ſi is qui præeſt.* 11. *quæ. 3.*

7. Quando iudex, qui ſententiam fert, ligate non intendit; quia excõmunicatio ab intentione excommunicantis ſuas habet vires. Quæ omnes ligãt & obligant, quo ad vſque populus ſibi perſuadeat nullitatis cauſas; ad euitandum ſcandalum.

Eccleſia catholica habet poteſtatem excõmunicandi quoſcũq; peccatores cõmuniter, & inobedientes, quę poteſtas diuinitus data eſt à Chriſto redemptore noſtro, illis verbis. Sit tibi tanquam ethnicus & publicanus. *cap. nouit.* 13. *de iudicijs:* vt autem ſententiam eccleſiæ excommunicantis *Excomm. poteſtatẽ habet eccleſia.* Matt. 18.

ratam

ratam & firmam esse, nullus dubitaret, subdit Christus. Quæcunq; alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo: & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo.

Matt. 18.

Quis possit excommunicare.

Prælati omnes Ecclesiæ habent potestatem excommunicandi.

POtestatem excommunicandi habent omnes Prælati ecclesiæ, & sententiam ferendi in subditos duntaxat. *cap. transmissa.* 15. *de electi*, vt sunt Papa, vniuersale Concilium, aut prouinciale legitimè congregatum, Archiepiscopi, Episcopi, & horum vicem gerentes, & alii prælati minores, vt sunt Abbates, Præpositi, Generales, Prouinciales, Guardiani, & Priores Ecclesiarum Collegiatarum, regularium, & sæcularium; etiamsi non sint consecrati, nec benedicti, modo sint confirmati & prouisi, quia hi omnes potestatem excommunicandi suos subditos habent, à iure communi concessam. *cap. Transmissa.* 15. *de electi. cum ab ecclesiarum.* 3. *de offic. ordin. cap. cum in. ecclesia.* 10. *de maiorit. & obedien.*

Capi-

Capitulum etiam, sede vacante, potest excommunicare, & delegatus Papæ. *cap. P. & G. 14. de offic. delegat.*

Capitulũ, sede vacante, potest excomm.

Simplex sacerdos, nec etiam curatus excommunicare nõ potest nisi ex commissione superiorum, vel ex consuetudine: quæ etiam tribuit iurisdictionem. *Can. con-quæstus 9. q. 3.*

Simplex sacerdos non potest excomm.

Nec laici possunt excommunicare, cum ipsi spiritualia tractare non possint; *cap. ecclesia sanctæ Mariæ. 10. de constit.*

Ne laicus.

Propriè excommunicandi potestas spectat ad officium Episcopale. *Can. corripiantur. 24. q. 3.* ideo excommunicatio dicitur mucro Episcopi. *Can. iussis. q. 2.*

Excomm. potestas propriè ad Episcop. expectat.

Quis possit excommunicari.

EXcommunicari possunt subditi Christiani, qui subditi sunt, respectu proferentis excommunicationem, quia sententia in non subditos lata, nullius est momenti. *cap. à nobis. 21. de sentent. excommun. l. fin. ff. de iuris. omnium iudic.* Quia autem est actus iurisdictionis, hinc est vt neque se ip-

Qui possunt excomm.

sum

ſum quiſquam, neque Iudæus, neque Paganus, nec anima à corpore ſeparata, neque diabolus poſſit excommunicari.

Vniuerſitas nõ poteſt excommunicari. Prohibetur etiã proferri ſententia excommunicationis in Vniuerſitatem vel Collegiũ, ſed promulgari poteſt in illos particulariter de Vniuerſitate vel Collegio, quos culpabiles eſſe conſtiterit. *cap. Romana.* 5. §. *in Vniuerſitatem. de ſent. excom. in* 6.

Mortui, an poſſint excomm. Mortui, pro criminibus in vita commiſſis, excommunicari non poſſunt: quia iam ſunt extra eccleſiã, poterit nihilominus declarare iudex, viuẽtes in excommunicationem incidiſſe. *Can. ſane,* 24. *q.* 2.

De effectu Excommunicationis.

Effectus maioris excomm. Effectus excõmunicationis eſt diuerſus, cum excommunicatio ſit diuerſa. Effectus maioris excommunicationis eſt priuatio actiua & paſſiua à ſacramentorum perceptione, & horum communicatione: ita quòd excommunicatus nec recipere nec adminiſtrare poteſt aliquod ſacramẽtum, alioquin

quin peccabit mortaliter; & erit irregularis. *cap. si celebra.* 10. *de clerico excommunic. minis.* Iustè excommunicatus priuatur suffragiis generalibus ecclesiæ, & possidetur à dæmone.

Priuatur contentis in hoc versiculo.

Os, orare, vale, communio mensa negatur,
Si quis pro delicto anathema feriatur.

Os. prohibētur colloquia, oscula, amplexus, dare vel recipere literas, assurgere, vel ei reuerentiam exhibere. *Os.*

Orare. id est oratio simul cum illo in ecclesia vel extra, & prohibetur participatio sacramentorum, Diuinorum officiorum, & aliarum precum. *Orare.*

Vale. prohibentur mutuæ salutationes, quæ fiunt per collocutionem, assurgendo vel caput detegendo; & omnia signa, quæ saluationē significant, vt motus labiorū, capitis inclinatio, & hui⁹modi. *Vale.*

Communio. id est, communicatio Sacramentorum, & prohibetur etiam contractus societatis, *Communio.*

tis, vt habitare cum eo in eadem domo, vel quouis modo conuersari cum illo.

Mensa. Mensa negatur; quia comedere cum excommunicato non licet: quia cibus, potus & potatio negatur cum excommunicato: similiter non potest quis dormire in eodem lecto cum excommunicato. vt in *can. ad mensam* 11. *q.* 3. *& per totam glos. in can. statuimus* 6. *de sent. excomm. in* 6. *cap. nuper.* 29. *extra eodem.*

Excommunicatus est infamis. Excommunicatus etiam fit infamis, si excommunicatio sit manifesta. *can. infames* 6. *quæst.* 1.

Collatio beneficij facta ex commun. an valeat? Item facit collationem beneficii nullã; ita vt nõ conualescat per absolutionem; & tenetur renunciare illud, & fructus restituere, nisi reuocetur, & iterũ de nouo fiat. *cap. cum bona.* 7. *de ætat. & qualit. cap postulasti.* 7. *cum glos. de cleric. excommun. minist.*

Electio. Item priuatur facultate eligendi actiua & passiua. *cap constitutis.* 23. *de appel.*

Excomm. est suspensus. Item excommunicatus est suspensus ab officio & beneficio, sed dum

dum tolleratur, quidquid facit cum officio publico, tenet. *cap. ad probandum. 24. de re iudic. argum. tex. in l. Barbatius Philippus. ff. de offic. prator.*

Item eximit subditos à seruitute subiectionis iurisdictionalis, dum est excommunicatus. *can. vlt. & penult. 15. q. 6.*

Item annullantur per excom. rescripta obtenta à summo Pontifice, præterquam super articulo eiusdem excommunicationis. *cap. 1. de rescrip. in 6.* vel nisi in eodem rescripto absoluatur.

Item in iudicio non potest esse actor, nec procurator actoris. *cap. intelleximus. de iudicijs.*

Item etiam si per annum perseuerauerit in excommunicatione, & absolutionem neglexerit, tanquam suspectus de hæresi habetur.

Item priuatur Ecclesiastica sepultura. *cap. sacris. 12. de sepulturis,* & operatur excommunicatio alia multa, vt dixi.

De communicatione cum excommunicato.

Com-

Communicans cũ excomm. est excommunicatus.

COmmunicans cum excommunicato maiori excommunicatione, incurrit minorem: fallit tamen in multis, vt in his quæ sequuntur versibus declaratur.

Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse:
Hæc anathema faciunt ne possit obesse.

Quando sit licitum communicare cũ excõmunicato.

Vtile. Vtile. participans ob vtilitatẽ animæ, vt admonendo & consulendo, vt conuertatur, non peccat nec qui communicat pro sua vtilitate, puta petendo ab eo debitũ.

Lex. Lex, item vxor, filii, qui non sunt causa pertinaciæ, non incurrunt, propterea vxor, cohabitando cum viro & obediendo ei, quamuis sit excommunicatus, non peccat, nec filii.

Humile. Humile, scilicet serui & famuli excusantur, qui erant ante excommunicationem, & non sunt causa pertinaciæ.

Res ignorata. Res ignorata, ignorantia facti vel iuris dubii, & ignorans, an excommunicatus sit denunciatus, excusatur.

Necesse. Necesse, participans ob magnam necessitatem propriam, vel excommunicati, non peccat.

Com-

Communicans cum excommunicato non peccat mortaliter, nec est excõmunicatus, nisi sit denunciatus & notorius clerici percussor; iuxta *Etrauag. ad euitanda scandala, Martini V. editã in Conc. Constan. anno* 1400. quam confirmauit Concil. Basil. *Seß.* 21. referunt & explicant Doctores supra relati. Cuius summarium est. Nullus tenetur excommunicatum vitare, prætextu alicuius sententiæ aut censuræ Ecclesiasticæ; nisi sententia vel censura fuerit vel contra personam, vel collegium, vel vniuersitatem, Ecclesiam vel locum certum, vel certã terram; à iudice publicata vel denũciata specialiter vel expressè; saluo, si quem pro sacrilega manuũ iniectione in clericum, sententiam latam à canone adeo notoriè constiterit incurrisse, quod factum non possit, aliqua tergiuersatione, cælari, nec aliquo suffragio excusari, nãà cõmunione illius, licet denũciatus non fuerit, volumus abstinere. Ex qua patet, excommunicatos non esse vitandos, nisi in duobus casibus. Primo, quan-

Quando excommunicatus sit vitandus.

quando excommunicatus eſt nominatim & publicè denunciatus. Secundo, quando quis eſt manifeſtus clerici percuſſor.

De excommunicatione minori.

Excomm. minor. EXcommunicatio minor priuat tantùm participatione paſſiua ſacramentorum, non actiua, quare, qui ea ligatus eſt, miſſam dicẽs peccat; quia ſe communicat, non quia alios, & poterit eligere, ſed non eligi. *cap. ſi celebrat.* 10. *de cleric. excom. miniſt.*

Minor excomm. Excommunicatus, minori excommunicatione, non peccat audiendo Miſſam, nec ſumendo pacem, nec abſoluendo ab excommunicatione, vel à peccatis, nec communicando infirmum, vel aliquod aliud ſacramentum adminiſtrando; dummodo ipſe non recipiat, nec excommunicatus minori non poteſt recipere aliquod ſacramentum.

Excomm. minor à iudice fert. Excommunicatio minor etſi poſſit, tamen non fertur communiter à iudice, ſed ſolum à iure, in octo caſibus relatis à Doctoribus ſupra, qui omnes caſus iam hodie

non

non sunt in vsu; sed tantum est in vsu excommunicatio illa minor, quæ per communicationem cum excommunicato maiori excommunicatione, contrahitur.

De causa & forma excommunicationis.

NOn excõmunicatur nisi contumax, & præcedendo competens monitio. *can. nemo.* 11 *quæst.* 3. *cap. sacro.* 48. *de senten. excom. cap. Romana.* 5. *versic. sed nec. de sentent. excom. in 6.* *Cõtumax excõmunicatur.*

Post contumaciam autem, & monitionem, excommunicatur contumax: & tunc non in damnũ ipsius excommunicati, sed in vtilitatem, vt resipiscat & conuertatur: nam excommunicatio, cum medicinalis sit, semper in vtilitatem excommunicati fertur. *cap. cum medicinalis.* 1. *de sent. excommun. in 6.* *Præcedente monit.*

Excommunicatio à iure vel statuto lata, ipso facto incurrenda, non requirit præcedentem monitionem, quia ipsa lex, canon vel statutum est admonitio. *Excõmunic. à iure vel ipso facto, non requirit monitionem.*

Et non excommunicatur quis, nisi

Nõexcom. nisi pro peccato mortali. nisi pro peccato mortali graui, *can. nemo Episcoporum. can. nullus.* 11. *quæst.* 3. *cap.* 1. *de iud. cap. sacror.* 48. *de sent. excomm. cap. Romana.* 5. *eodem in* 6.

Pro rebus perditis solus Episcopus excommunicat. Solus Episcopus potest excommunicare pro rebus perditis reuelandis. Item in causis ciuilibus, nullus iudex excommunicat, nisi in subsidium remediorum iuris: neque in causis criminalibus, nisi cum executio personalis vel realis sit valdè difficilis: vt deciditur nouissimè in *Concil. Trid. Sess.* 25. *c.* 3. *in decreto de refor.*

Pro culpa præterita, an excommunicet? Pro culpa præterita, non fertur excommunicatio, nisi præcedente canonica monitione, nam qui excommunicat sine canonica monitione vel sine scripto, peccat mortaliter.

Ad excõmunicandum non sunt verba determinata. Non sunt certa verba præscripta pro forma excommunicationis, potest vti lator quibuscunq;, dummodo id explicet de præsenti & secundum regulas canonum, vt excommunicamus, excommunico, sis excommunicatus.

Cum dicitur excommunicetur

vel

vel sit excommunicatus, non est excommunicatio ipso facto, quia sunt comminatoriæ, nisi aliter fuerit expresse declaratum.

Comminatoria excõmunicationes quæ?

De absolutione ab excommunicatione.

CVm eius sit soluere, cuius sit ligare, qui potuit excommunicare, poterit & absoluere.

Ab excõmunicatione minori quilibet sacerdos poterit absoluere.

Ab excõmunicatione minori absoluit sacerdos.

Excommunicatus, maiori excommunicatione à iure, potest absolui à proprio prælato. *cap. nuper 29. de senten. excom.*

A maiori prælatus.

Excommunicatum ab homine, ipse solus absoluit seu successor, superior, aut delegatus. *can. inferior. 21. distinct. cap. præterea. 5. de offic. deleg.*

Ab excõmunicatione ab homine.

Ab excõmunicationibus Bullæ Cœnæ Domini, solus absoluit Papa, nisi ex causa delegationis, alicui concedatur absolutio, vel nisi virtute Bullæ Cruciatæ, vel Iubilæi, hoc exprefsè alicui concedatur: & cum in articulo mortis, nulla sit casuũ reseruatio, quilibet sacerdos à quibusuis peccatis vel

Ab excõmunicationibus Bullæ quis absoluat.

censuris poterit absoluere. *Concil. Trid. Sess.14. cap.7.*

In articulo mortis, absolutus tenetur, si conualuerit, se prælato repræsentare.

Excommunicatus, qui ob iustũ impedimentũ, vt in articulo mortis, facit se absoluere ab eo, qui extra illum non poterat, cessante impedimento, debet quam primum commodè poterit, se repræsentare ei, qui iure poterat absoluere; alioquin incidit in eandẽ excommunicationem. *cap. eos. 28. de sent. excom. in 6.* idem in his, quos legati Papæ absoluunt cum onere se repræsentandi suis ordinariis.

Parochus potest ab excõmunicatione absoluere.

Parochus & alius sacerdos, qui potest absoluere à peccato mortali, potest etiam ab excommunicatione absoluere, vt commissarius deputatus à Papa, in foro interiori tantùm: nisi specialiter excommunicationis absolutio alicui reseruetur.

Excõmunicatus pro notoria offensa sine satisfactione absoluatur.

Si quis excommunicatus est pro notoria offensa in proximum, nõ absoluatur, nisi prius satisfaciat, vel sufficientem cautionem præstet & emendam, si potest.

¶ Forma absoluendi ab excommunicatione est, vt primò dicatur

Psal-

Psalmus Miserere mei Deus, vel alius Psalmus pœnitentialis cum Gloria Patri; Præterea dicatur Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster, &c. Et ne nos inducas in tentationem. *Resp.* Sed libera nos à malo. *Vers.* Saluũ fac seruum tuum Domine. *Resp.* Deus meus sperantẽ in te. *Vers.* Nihil proficiat inimicus in eo. *Resp.* Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. *Vers.* Esto ei Domine turris fortitudinis. *Resp.* A facie inimici. *Vers.* Domine exaudi orationem meam. *Resp.* Et clamor meus ad te veniat. *Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo. Oremus. Deus, cui propriũ est misereri semper & parcere: suscipe deprecationem nostram, & hunc famulum tuum, quem excommunicationis catena constringit, miseratio tuæ pietatis absoluat. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

Forma absoluendi ab excommunicatione.

CAPVT II.

DE INTERDICTO.

INterdictum deriuatur à verbo, interdico, quod est quasi prohibeo,

Interdictũ unde dicitur.

beo, id eſt, inter prohibeo, ne officia dicantur; colligitur in principio Inſtit. de interdictis, & ſic interdictum nihil aliud ſonat, quam prohibitionem.

Interdicti defin. Interdictum eſt cenſura eccleſiaſtica, excludens vniuerſaliter à diuinis, tam paſſiuè participandis, quam actiuè communicandis.

Interdictum triplex. Interdictum eſt triplex: locale, perſonale, locale & perſonale ſimul. *cap. ſi ſententia.* 16. *de ſent. ex-com. in* 6.

Interdictũ locale. Interdictum locale eſt, quando locus ſolum interdicitur: vt Regnum, Prouincia, Caſtrum, Villa, terra vel eccleſia, ne ibi celebretur aut miniſtretur.

Et eſt duplex. Quod etiam eſt duplex; generale, quo interdicitur locus generalis, vt regnum aliquod, vel prouincia, diœceſis, ciuitas vel oppidum. Speciale dicitur, quando aliquis particularis locus interdicitur, vt eccleſia particularis, oratorium, hoſpitale, eremitorium.

Interdictum perſonale eſt, quãdo interdicitur populus, clerus, collegium, vel qualitercunq; alia per-

persona. *cap. si ciuitas 17. de sentent. excomm. in 6.* Quod etiam est duplex, generale, vt quando interdicitur senatus, vniuersitas, collegiũ siue communitas: Speciale interdictum illud est, quod singulares personas interdicit.

Interdictum locale & personale est, quando locus & personæ simul interdicũtur, quod deambulatorium appellatur, quia quocũque se vertat portat secũ pœnam.

Quis, cur, quomodo potest interdicere & interdici.

ILle potest interdicere, qui potest excommunicare, & suspendere: & qui potest excommunicari, & suspendi, potest interdici; sed tamen discrimen est: nam vniuersitas & locus, qui non possunt excommunicari, possunt interdici. *cap. Roman. 5. §. in vniuersitate cap si ciuitate. 17. cap. si sent. 16. de sent. excom. in 6.*

Qui potest excõmunicare, potest interdicere, & è contra.

Quilibet etiam, habens iurisdictionem delegatam, potest interdicere ecclesiam, terrã vel personam cõtumacẽ, suæ iurisdictionis, etiã si cõtumax sit Episcopus.

Delegatus potest interdicere.

c. sanè, 11. extra, de offic. delegat. Item capitulum, sede vacante, potest interdicere. *c. his qui. 11. de maiorit. & obed. c. ad abolendam, 9. extra, de hareticis.*

Interdicto populo omnes personæ populi sunt interdictæ.

Et quamuis aliud sit populus aut vniuersitas, & aliud particulares populi aut vniuersitatis; interdictum tamem positum cõtra populum aut vniuersitatẽ, comprehendit omnes eius particulares: hinc fit, in interdicto generali, includi infantem lactantem, amentem, & culpa carentem.

Interdictũ loci, non includit personas.

Generale interdictum loci, non includit personas illius loci; nec generale interdictum personarum comprehendit locum; adeò vt si interdicatur vnus locus, qui sunt in eodem loco & nõ fuerunt causa interdicti, possunt audire Missam, & dicere officia diuina in alio loco, & dare, & recipere sacramẽta: quando vero personæ interdicuntur, non possunt, nec ibi nec alibi, audire diuina officia.

Interdictum pro culpa populi

Interdictum potest poni, pro culpa populi, aut domini, vel huiusmodi: pro culpa alicuius singularis

laris personæ non potest poni, si talis persona officium non habet generale, vt gubernatoris, rectoris aut consulis. *cap. sanè.* 11. *de offic. deleg. c. non est vobis.* 11. *de sponsal.*

imponitur.

Pro debito pecuniario vel subsidio, non potest poni interdictum generale, nisi ex Apostolicæ sedis indulto, & si ponatur, nullius est momenti, *vt in Extrauag.* Bonifacij VIII. quæ incipit Prouide. *titul. de sent. excommunic.*

Pro debito pecuniario generale interdictũ non ponitur.

Interdictum debet poni, præcedente monitione & in scriptis; & scriptura cõtineat causam propter quam profertur, & debet esse triplex monitio, vel vna pro tribus, coram personis idoneis, facta cum interuallo dierum, nisi necessitas aliud suadeat. *Glos. in can. statuimus, de sentent. excomm. in 6.*

Debet præcedere monitio.

Interdictum ponitur sub hac forma. Hũc locum, ecclesiam, terram. vel personas, propter talem causam, supponimus interdicto. *cap. cum in partibus.* 17. *de verb. signif. c. sanè clem.* 2. *de offic. deleg.*

Interdicti forma.

Potest etiam sententia interdicti, ad voluntatem iudicis determinari,

Determinatur ad

volunta- tem iudi- cis.

minari, puta vt interdicat Missam cum cantu, & vesperas, vel sepulturam, & alia huiusmodi: potest etiam iudex ab interdicto excipere quos vult, & quãdo vult, vt quando dominus terræ ibi fuerit præsens, & huiusmodi. *cap. non est vobis.* 11. *de sponsal.*

Interdictum qualiter tollatur?

Non est aliqua determinata forma, vt interdictum tollatur, sed nudo verbo potest tolli, vel relaxari, vt dicendo reuoco, remoueo, libero, vel absoluo, & similibus: & si est ad tempus vel sub conditione: cessat, adimpleta conditione vel tempore.

Pœna violantium interdictum.

Violator ecclesiastici interdicti est priuatus ecclesiastica iurisdictione. *cap. vlt. de exces. prælat.* Est etiam qui scienter celebrat in loco interdicto, irregularis. *cap. is qui.* 18. * *vlt. de sentent. excommun. in 6.* Quod secus est de celebrante in ecclesia interdicta, quia sanguinis vel seminis effusione est polluta: nam quamuis grauiter peccet, non incurrit irregularitatem. *cap. tuarum.* 11. *de priuil.*

Interdictus est etiam ingressus eccle-

ecclesiæ illi, qui sciẽter celebrat in loco interdicto à iure vel à iudice: siue qui recepit publicè interdictum, ad diuina officia, ad sacramenta, siue ad ecclesiasticam sepulturam. *cap. Episcoporum.* 8. *de priuileg. in* 6.

Laicus violans ecclesiasticum interdictum, non incurrit irregularitatẽ, cum nec ordinẽ nec officiũ habeãt. licet grauiter peccet. *Laicus violans interdictũ peccat.*

Quæ prohibentur vel conceduntur tempore interdicti.

TEmpore interdicti, prohibentur omnia diuina officia, sacramenta, ecclesiastica sepultura, & pulsatio campanarum, exceptis his, quæ expressè vel tacitè permittuntur. Prohibentur omnia exercitia specialiter deputata alicui ordini, vt Diacono dicere Euangelium, Subdiacono Epistolam solemniter cum manipulo, Acolyto offerre vrceolos, Presbytero dicere Missam & huiusmodi. *Omnia diuina officia prohibentur.*

Laici, durante interdicto, non debent sepeliri cum officio diuino, neque in loco sacro. *Sepultura.*

Clerici possunt sepeliri in loco

ſacro, tempore interdicti, ſine ſolemnitatibus, ſi illud ſeruarunt.

Litania. Litaniam, tempore interdicti, in proceſſionibus cum cruce eleuata & ſolemnitatibus non licet clericis dicere neque laicis.

Campanarum pulſatio. Campanæ vel campanulæ non poſſūt ſonare ad horas canonicas, ſed poſſunt ad Aue Maria, ad oſtendendas reliquias, & ad aliud, quod non ſit officium diuinum.

Epiſcopus interdicti tempore, non poteſt benedicere aliquid. Tempore interdicti, Epiſcopus non poteſt publicè benedicere ſolenniter cum baculo & verſu adiutorium noſtrum, &c. neque benedicere Abbatem, Abbatiſſam, corporalia, ornamenta miſſæ, vela monialium, neque conſecrare virgines, calices, altaria, neque ipſe vel parochus poteſt benedicere aquam, neque candelas in Purificatione, neque palmas & ramos in Dominica Palmarum, licèt poſſint hæc fieri ianuis clauſis. & ſecreto.

Quæ ſacramenta permittā tur interdicti tem- Sacramenta hæc expreſſe permittuntur tempore interdicti, ſcilicet ſacramentum Baptiſmi, Confirmationis & Pœnitentiæ *cap. quod in te* 11. *de pœnit. & remiſ. cap. quo-*

quoniam. 19. *cap. fin. de sent. excomm. in 6.*

In festis Natiuitatis Domini, Paschatis, Pentecostes, Assumptionis B. Mariæ, atque in festo Corporis Christi, & per octauam, per extrauag. Martini V. & Eugenii IV. Et in festo Conceptionis B. Mariæ, & per octauam, possunt diuina officia celebrari, apertis ianuis, pulsatis campanis & alta voce, excommunicatis & interdictis expulsis. *cap. alma mater. §. in festiuitatibus de sent. excomm. in 6.*

Festiuitates, in quibus non obstante interdicto licet celebrare.

Extrema vnctio non potest dari laicis nec clericis, tempore interdicti. *cap. quod in te.* 11. *de pœnit. & remiss.*

Extrema vnctio, nõ potest ministrari.

Viaticum potest admnistrari clericis & laicis, tempore interdicti, & tunc campana pulsari, quãdo fertur ad infirmos, & etiam potest ostendi ipsum in reditu, vt mos est. Commendatio animarum potest fieri tam à laicis, quam à clericis.

Viaticum potest.

Item potest fieri officium circa sepulturam clericorum, sed non laicorum, voce submissa, sine can-

sacro, tempore interdicti, sine solemnitatibus, si illud seruarunt.

Litania. Litaniam, tempore interdicti, in processionibus cum cruce eleuata & solemnitatibus non licet clericis dicere neque laicis.

Campanarum pulsatio. Campanæ vel campanulæ non possũt sonare ad horas canonicas, sed possunt ad Aue Maria, ad ostendendas reliquias, & ad aliud, quod non sit officium diuinum.

Episcopus interdicti tempore, non potest benedicere aliquid. Tempore interdicti, Episcopus non potest publicè benedicere solenniter cum baculo & versu adiutorium nostrum, &c. neque benedicere Abbatem, Abbatissam, corporalia, ornamenta missæ, vela monialium, neque consecrare virgines, calices, altaria, neque ipse vel parochus potest benedicere aquam, neque candelas in Purificatione, neque palmas & ramos in Dominica Palmarum, licèt possint hæc fieri ianuis clausis. & secreto.

Quæ sacramenta permittãtur inter dicti tempore? Sacramenta hæc expresse permittuntur tempore interdicti, scilicet sacramentum Baptismi, Confirmationis & Pœnitentiæ *cap. quod in te* 11. *de pœnit. & remiss. cap.* *quo-*

quoniam. 19. *cap. fin. de sent. excomm. in* 6.

In festis Natiuitatis Domini, Paschatis, Pentecostes, Assumptionis B. Mariæ, atque in festo Corporis Christi, & per octauam, per extrauag. Martini V. & Eugenii IV. Et in festo Conceptionis B. Mariæ, & per octauam, possunt diuina officia celebrari, apertis ianuis, pulsatis campanis & alta voce, excommunicatis & interdictis expulsis. *cap. alma mater.* §. *in festiuitatibus de sent. excomm. in* 6.

Festiuitates, in quibus non obstante interdicto licet celebrare.

Extrema vnctio non potest dari laicis nec clericis, tempore interdicti. *cap. quod in te.* 11. *de pœnit. & remiss.*

Extrema vnctio, nõ potest ministrari.

Viaticum potest admnistrari clericis & laicis, tempore interdicti, & tunc campana pulsari, quãdo fertur ad infirmos, & etiam potest ostendi ipsum in reditu, vt mos est. Commendatio animarum potest fieri tam à laicis, quam à clericis.

Viaticum potest.

Item potest fieri officium circa sepulturam clericorum, sed non laicorum, voce submissa, sine can-

tu, exclusis sæcularibus & non pulsatis campanis.

Item mulieribus prægnantibus, vbi timetur de morte, potest dari corpus Christi.

Item clerici diuersarum ecclesiarum, ciuitate interdicta, non possunt extra ecclesiam dicere simul officium, extra ciuitatem tamen possunt, dummodo ipsi cleri non sint interdicti.

Item fieri potest benedictio mensæ, præsentibus sæcularibus. Plura etiam prohibentur & cõceduntur, quæ causa breuitatis prætermitto. Vide *Doctores vbi supra*.

Tandem nota, quod regulares tenentur seruare interdictũ prolatum ab ordinario (sub prædictis pœnis) etiamsi exempti iudicẽtur. *Concil. Trid. Sess. 25. cap. 12.*

CAPVT III.

DE SVSPENSIONE.

ETsi liquido constet, quemlibet pro peccato mortali, quoad se ipsum esse suspensum; suspẽsio tamen, quando de censuris agitur, est quando clerico à iure vel à iudice prohibetur aliquod

exercitium ordinis vel beneficij, cuius definitio est.

Suspensio est inhabilitas exequendi actus ordinum & Ecclesiasticorum officiorum, ex iuris Canonici dispositione proueniēs, *ex c. 1. §. fin. de sent. excom. in 6.* *Suspensionis definitio.*

Suspensio est triplex, alia est ab officio, alia à beneficio, alia ab officio & beneficio simul. *glos. magna. in Clem. cupientes de pœnis. cap. tuarum.* 11. *de priuil.* *Suspensio triplex est.*

Quælibet supradictarū est duplex, alia lata à iure: alia vero lata ab homine, sicut supra de excom. dixi. Suspensio alia est propria, vt quando quis à iure vel à iudice suspenditur ab officiis, &c. *Suspensio propria & impropria.*

Suspensio impropria est vel quo ad se: vel quo ad alios: quo ad se, vt quando pro aliquo crimine est prohibitus, ne sacramenta ministret, vt si est in peccato mortali, *vt in can. vlt.* 28. *dist. c. vestra.* 7. *de cohabit. cler. & mul.* quæ dicitur minor suspensio: quo ad alios est aliquis suspensus, vt quando alicui celebratio nō interdicitur, sed ne præsente excommunicato fiat.

Suſpendere quis poſſit? Ille poteſt ſuſpendere, qui poteſt excommunicare; & abſoluere à ſuſpenſione qui poteſt abſoluere ab excommunicatione: nam ad vtramq; requiritur iuriſdictio. *cap. quærenti. 20. de verb. ſignif.*

Prohibitio à confeſſore vt quis non celebret, ne communicet, vel alia huiuſmodi, non eſt propriè ſuſpenſio; vnde tali prohibitioni contrauemiens, non fit irregularis.

Eccleſiaſtici ſolum ſuſpenduntur. Solus eccleſiaſticus poteſt ſuſpendi, nam ſi laico interdicitur, ne officium aliquod operetur, nō eſt propriè ſuſpenſio, etſi inobediens; non fit irregularis.

Suſpenſio eſt in ſcriptis ferenda, ſicuti excommunicatio. *cap. 1. de ſent excomm. in 6.*

Quibus verbis tollantur. Suſpenſio poteſt fieri vel tolli, quibuſcūq; verbis; quia nulla verba ſunt præſcripta, nec determinata, in formam ſubſtantialem ſeu lationis, vel ſolutionis, conueniens tamen forma erit hæc. Abſoluo te à vinculo ſuſpenſionis, quā incurriſti, ob talē cauſam, &c. & reſtituo te priſtinæ executioni.

Si

Si vero fuerit suspensio, tempore determinato, vt per mensem; mense transacto, nulla requiritur absolutio; & si cōditionaliter fuit suspensus, (vt donec satisfeceris) conditione adimpleta, nulla requiritur absolutio.

Suspensio ad tempus tollitur transacto tempore.

Item suspensus ab aliquo actu, non est suspensus ab aliis non illi annexis, vt qui à iurisdictione est suspensus, non est ab ordine, & è contra: & qui est à beneficio, non ab ordine & iurisdictione: & qui ab officio, non est à beneficio, & sic de aliis: nam Episcopus qui ordinare non potest, potest alia exercere. *c. aquam.* 9. *de consec. eccles. vel alt. cap. transmissa.* 15. *de elect.*

Suspensus ab vno actu potest alia exercere.

Violator suspensionis peccat mortaliter ob inobedientiam, & incurrit in irregularitatem, illam violando, sicuti excommunicatus celebrando in executione illius actus, à quo particulariter & expresse est suspensus. *cap.* 1. *de re iudic. in* 6. *c. vt clericorum. à* 3. *§ si quis igitur, de vita & honestat. clericor.*

Pœna violantium suspensionem.

Aduer-

Suspendere quis possit? Ille potest suspendere, qui potest excommunicare; & absoluere à suspensione qui potest absoluere ab excommunicatione: nam ad vtramq; requiritur iurisdictio. *cap. quærenti. 20. de verb. signif.*

Prohibitio à confessore vt quis non celebret, ne communicet, vel alia huiusmodi, non est propriè suspensio; vnde tali prohibitioni contraueniens, non fit irregularis.

Ecclesiastici solum suspenduntur. Solus ecclesiasticus potest suspendi, nam si laico interdicitur, ne officium aliquod operetur, nō est propriè suspensio, etsi inobediens; non fit irregularis.

Suspensio est in scriptis ferenda, sicuti excommunicatio. *cap. 1. de sent excomm. in 6.*

Quibus verbis tollantur. Suspensio potest fieri vel tolli, quibuscūq; verbis; quia nulla verba sunt præscripta, nec determinata, in formam substantialem seu lationis, vel solutionis, conueniens tamen forma erit hæc. Absoluo te à vinculo suspensionis, quā incurristi, ob talē causam, &c. & restituo te pristinæ executioni.

Si

Si vero fuerit suspensio, tempore determinato, vt per mensem; mense transacto, nulla requiritur absolutio; & si cõditionaliter fuit suspensus, (vt donec satisfeceris) conditione adimpleta, nulla requiritur absolutio.

Suspensio ad tempus tollitur transacto tempore.

Item suspensus ab aliquo actu, non est suspensus ab aliis non illi annexis, vt qui à iurisdictione est suspensus, non est ab ordine, & è contra: & qui est à beneficio, non ab ordine & iurisdictione: & qui ab officio, non est à beneficio, & sic de aliis: nam Episcopus qui ordinare non potest, potest alia exercere. *c. aquam. 9. de consec. eccles. vel alt. cap. transmissa 15. de elect.*

Suspensus ab vno actu potest alia exercere.

Violator suspensionis peccat mortaliter ob inobedientiam, & incurrit in irregularitatem, illam violando, sicuti excommunicatus celebrando in executione illius actus, à quo particulariter & expresse est suspensus. *cap. 1. de re iudic. in 6. c. vt clericorum. à 3. § si quis igitur, de vita & honestat. clericor.*

Pœna violantium suspensionem.

Aduer-

Non omnis violatio suspensionis facit irregularem.

Aduerte tamen suspensionem tantùm facere irregularem in spiritualibus, non autẽ in temporalibus; nã si quis à tẽporalibus suspẽsus celebrauerit, nõ fit irregularis.

In quibus conueniant excommunicatio, suspensio, & interdictum.

Conueniunt.

CONueniũt in hoc, quod quælibet earũ est cẽsura Ecclesiastica. *ca. quarenti.* 20. *de verb. signif.*

2. Quia quælibet in scriptis debet ferri, & cum causa in eis exposita. *cap.* 1. *de sentent. excom. in* 6.

3. Quòd nullam earum suspendit appellatio subsecuta, & præcedens appellatio, quamlibet censurarum annullat. *capit. si cui.* 20. *§. fin. de senten. excomm. in* 6. *cap. ad hæc quoniam.* 37. *de appellat.*

4. Quia quamlibet debet præcedere monitio. *c. reprehensibilis.* 26. *de appellat.* & nullus tenetur vitare censuris innodatos, nisi publicè & specialiter feratur censura. *cap. statuimus. cap. statum.* 13. *de sentent. excom. in* 6.

5. Quia quælibet impedit à diuinis: excepta illa suspensione, quę non fit ab eis.

6. Quod

6. Quòd in absolutione omnium iuratur. *cap. venerabilis. 52. cap. ex tenore. 10. de sentent. excommun.*

7. Quod nulla earum, contra receptos in filios speciales Papæ ab ordinario loci, ferri potest. *cap. 1. de verb. signif. lib. 6.*

8. Quia quælibet est à superiore seruanda, *cap. cum ab ecclesiarum. de offic. ord.* imo à ferente quousque eam tollat.

1. Differunt etiam in multis, nam excommunicatio directè priuat communicatione, quatenus est communicatio humana: suspensio priuat directè vsu facultatis Ecclesiasticæ: interdictum vero priuat directè sacramentis & diuinis officiis. *Differunt in multis.*

2. Quia excommunicatio priuat re graui, scilicet communione fidelium, suspensio & interdictum priuantur re leui.

3. Quia Episcopus nõ incurrit suspensionẽ, neq; interdictũ latũ à iure, nisi exprimatur in eo; excõmunicationẽ vero sic. *c. quia periculosum. 4. de sentent. excomm. in 6.*

4. Quia

4. Quia vniuersitas non potest excommunicari. *cap. Romana.* §. *in vniuersitatem. de sentent. excom. in* 6. Suspendi autem & interdici sic. *cap. quia sæpe.* 40. *de elect. lib.* 6. *cap. si sententia. de sent. excomm. eod. lib.*

5. Quia excommunicati nunquam admittuntur ad diuina officia: alii vero sic interdum. *cap. fin. de sent. excomm. in* 6.

6. Quia excommunicatio & suspensio non feruntur, nisi ob culpam propriam: interdictum vero etiam per alienam. *dict. cap. si sentent.*

7. Quia absolutio excommunicationis, prærequirit alia verba: suspensio vero & interdictum non. Doctores, vbi supra.

CAPVT IV.

DE IRREGVLARITATE.

Irregularitatis ethymolog. EX ipsius vocis etymologia, dicimus irregularitatem priuationem regulæ, & inhabilitatē quandam ad ordines esse; ita quidē, vt irregularem illũ putemus, qui

qui nec ministrare in susceptis, nec ad maiora ascendere potest, cuius descriptio est.

Irregularitatis definitio. Irregularitas est impedimẽtum à iure canonico inductum, directe impediens ad ordines promoueri, vel in eis legitime ministrare, colligitur *ex cap. vlt. de tempor. ordin. lib. 6.*

Irregularitas, vel prouenit ex voluntate. Quæ prouenit, vel ex voluntate: vel ex accidenti ex voluntate, vel culpabili, vt homicida voluntarius criminosus & huiusmodi. vt *in cap 1. & tot. tit. de homic. can. si quis vidum. 50. dist.* Vel in culpabili, vt bigamus, iudex, laicus, & huiusmodi. *cap. 1. & tot. tit. de bigamis. can. maritum. 34. distin.*

Vel ex accidenti. Vel prouenit ex accidenti, vt cæcus, corpore defectuosus, illegitimus, aut ex seruili conditione natus. *cap. 1. & tot. tit. de corpore vit. & tit.* de seruis non ordinandis. De quibus omnibus *supra sect. 2.*

Quibus modis tollatur? Tollitur irregularitas tribus modis, per baptismum, dummodo non sit ex bigamia aut defectu corporis. *Can. acutius. 26. dist.* Per ingressum etiam religionis tollitur,

tur, cum non ex iisdem capitibus, aut ex homicidio voluntario proueniat. Et denique per dispensationem, vbi plenissima est Sum. Pontificis auctoritas, & earum quælibet aufertur.

Episcopi, in quibus irregularitatibus dispẽsant.

Episcopis etiam conceditur, in omnibus irregularitatibus, ex delicto occulto prouenientibus, dispensare; dempta homicidii voluntarii, & deducta in forum contentiosum. *Concil. Trident. Sess. 24. c. 6. in decre. de refor.*

Irregularitatum species.

Diuiditur omnis irregularitas, in quinque generalissimas species, ex quibus tanquam ex radicibus impedimenta omnia deducuntur, ad ordines suscipiendos. Ex bigamia; ex defectu animæ, vt infidelis, idiota & illiteratus: ex defectu corporis vt cęcus, claudus & surdus: ex delicto, vt homicida, ex defectu perfectæ lenitatis, vt iudex assistens iudicio sanguinis.

De bigamia & aliis irregularitatibus.

Bigamia definitio.

Bigamia est irregularitas, ex pluralitate vxorum proueniẽs. Tres communiter sunt species biga-

bigamiæ, vna quæ dicitur vera, altera interpretatiua, & alia similitudinaria. Bigamia vera est illa, quādo quis, diuerso tempore, duas habuit vxores, carnalique commistione easdem cognouit, siue virgines siue corrūptas. *cap. debitum. 5. de bigam. can. acutiùs. can. deinde. 26 distin.*

Bigamia vera.

Bigamia interpretatiua est, quādo quis habuit vnām tantum vxorem, sed viduam vel corruptā. *Can. maritum. 33. distin, can. si quis viduam. 50. dist.*

Bigamia interpretatiua.

Bigamia similitudinaria est, vt cum quis sacro ordine insignitus, vel voto solemni religiosus, vel castitatis adstrictus; contrahit de facto & consummat matrimonium, cum aliqua etiam virgine. *Canon. quotquot. 27. q. 1.*

Bigamia similitudinaria.

Tum etiam efficitur bigamus qui vnicam vxorem habet & virginem, sed post matrimonium adulterauit; & post adulterium ab ea commissum, carnali commistione illam cognouit, etiam adulterium ignorans. *Can. si cuius vxorem. Can. si laici. 34. distin.*

Cognoscēs mulierem adulterā efficitur big.

Qui

In bigam. quis dispensat.

Qui omnes prædicti sunt irregulares, à solo Romano Pontifice dispensandi; & etiam bigami similitudinariè, qui post solemnem religionis professionem, & post susceptionem sacri ordinis contraxerunt; sunt irregulares. *Auten. de sanctis Episc. §. cleros. collat. 9. l. nemo clericus. C. de sacrosanct. eccles.*

Nec ad minores ordines bigami sunt promoueri, *Conc. Trid. Sess. 23. cap. 17. de refor. in fine.*

Irregularitas ex defectu animæ.

Irregularitas ex defectu animæ multos comprehendit, vt infideles, neophitos, hæreticos, & eorũ fautores, apostatas à fide, illiteratos, illegitimos atque inhonestos, de quibus supra *sect. 2.*

Irregularitas ex defectu corporis.

Tertia species irregularitatis est defectus corporis, vt corpore vitiatus; de quibus supra *sect. 2. cap. de corpore vitiato. Candel. ecclesi. à num. 113. ad 197.*

Homicida est irregularis.

Quarta species irregularitatis est homicidium; quia occidens aliquem iustè vel iniustè, cũ peccato, vel sine peccato, consulens, mandãs, auxilians ad homicidiũ,

etiam

etiam iustum, fit irregularis. *cap. 1. de homicid. Concil. Trid. Sess. 14. c. 7. de refor.* Si vero quis vim vi repellendo vt se à morte defenderet, vel infans, vel furiosus aliquem occideret, non fit irregularis. *Concil. vbi supra, Clemen. si furiosus, de homic.*

Est etiam irregularis iudex, procurator, accusator, fiscalis, testis, notarius, scribens, pronuncians, publicans sententiam, scribēs literas, quibus deformatio seu homicidium impetratur, vel quilibet alius officialis, in tali casu, fit irregularis. His temporibus & anno 1564. perlegi, & vidi dispensationem quandam S. D. N. Clementis VIII. super irregularitate homicidii, ex eo quod, quidam dum famularetur cuidam notario, scripsit depositiones testium in causa homicidii.

Causam homicidium etiam iustum fiũt irregulares.

Item, qui comitatur iudicem, vt notarius & satellites, item custodes damnati ducti ad mortem, item vendens vel commodans scalas, funes, enses, sagittas, aut alia instrumēta ad aliquē occidendũ, est irregularis.

Notarij & alij cooperantes ad mortem.

K Qui

Suspendere quis possit? Ille potest suspendere, qui potest excommunicare; & absoluere à suspensione qui potest absoluere ab excommunicatione: nam ad vtramq; requiritur iurisdictio. *cap. querenti. 20. de verb. signif.*

Prohibitio à confessore vt quis non celebret, ne communicet, vel alia huiusmodi, non est propriè suspensio; vnde tali prohibitioni contraueniens, non fit irregularis.

Ecclesiastici solum suspenduntur. Solus ecclesiasticus potest suspendi, nam si laico interdicitur, ne officium aliquod operetur, nō est propriè suspensio, etsi inobediens; non fit irregularis.

Suspensio est in scriptis ferenda, sicuti excommunicatio. *cap. 1. de sent excomm. in 6.*

Quibus verbis tollantur. Suspensio potest fieri vel tolli, quibuscũq; verbis; quia nulla verba sunt præscripta, nec determinata, in formam substantialem seu lationis, vel solutionis, conueniens tamen forma erit hæc. Absoluo te à vinculo suspensionis, quā incurristi, ob talē causam, &c. & restituo te pristinæ executioni.

Si

Si vero fuerit suspensio, tempore determinato, vt per mensem; mense transacto, nulla requiritur absolutio; & si cōditionaliter fuit suspensus, (vt donec satisfeceris) conditione adimpleta, nulla requiritur absolutio.

Suspensio ad tempus tollitur transacto tempore.

Item suspensus ab aliquo actu, non est suspensus ab aliis non illi annexis, vt qui à iurisdictione est suspensus, non est ab ordine, & è contra: & qui est à beneficio, non ab ordine & iurisdictione: & qui ab officio, non est à beneficio, & sic de aliis: nam Episcopus qui ordinare non potest, potest alia exercere. *c. aquam. 9. de consec. eccles. vel alt. cap. transmissa. 15. de elect.*

Suspensus ab vno actu potest alia exercere.

Violator suspensionis peccat mortaliter ob inobedientiam, & incurrit in irregularitatem, illam violando, sicuti excommunicatus celebrando in executione illius actus, à quo particulariter & expresse est suspensus. *cap. 1. de re iudic. in 6. c. vt clericorum. à 3. § si quis igitur, de vita & honestat. clericor.*

Pœna violantium suspensionem.

Aduer-

Non omnis violatio suspensionis facit irregularem. Aduerte tamen suspensionem tantùm facere irregularem in spiritualibus, non autẽ in temporalibus; nã si quis à tẽporalibus suspẽsus celebrauerit, nõ fit irregularis.

In quibus conueniant excommunicatio, suspensio, & interdictum.

Conueniunt. CONueniũt in hoc, quod quælibet earũ est cẽsura Ecclesiastica. *ca. quærenti.* 20. *de verb. signif.*

2. Quia quælibet in scriptis debet ferri, & cum causa in eis exposita. *cap. 1. de sentent. excom. in 6.*

3. Quòd nullam earum suspendit appellatio subsecuta, & præcedens appellatio, quamlibet censurarum annullat. *capit. si cui.* 20. *§. fin. de senten. excomm. in 6. cap. ad hæc quoniam.* 37. *de appellat.*

4. Quia quamlibet debet præcedere monitio. *c. reprehensibilis.* 26. *de appellat.* & nullus tenetur vitare censuris innodatos, nisi publicè & specialiter, feratur censura. *cap. statuimus. cap. statum.* 13. *de sentent. excom. in 6.*

5. Quia quælibet impedit à diuinis: excepta illa suspensione, quę non fit ab eis.

6. Quod

6. Quòd in absolutione omnium iuratur. *cap. venerabilis.* 52. *cap. ex tenore.* 10. *de sentent. excommun.*

7. Quod nulla earum, contra receptos in filios speciales Papæ ab ordinario loci, ferri potest. *cap.* 1. *de verb. signif. lib.* 6.

8. Quia quælibet est à superiore seruanda, *cap. cum ab ecclesiarum. de offic. ord.* imo à ferente quousque eam tollat.

1. Differunt etiam in multis, nam excommunicatio directè priuat communicatione, quatenus est communicatio humana: suspensio priuat directè vsu facultatis Ecclesiasticæ: interdictum vero priuat directè sacramentis & diuinis officiis. *Differunt in multis.*

2. Quia excommunicatio priuat re graui, scilicet communione fidelium, suspensio & interdictum priuantur re leui.

3. Quia Episcopus nõ incurrit suspensionẽ, neq; interdictũ latũ à iure, nisi exprimatur in eo; excõmunicationẽ vero sic. *c. quia periculosum.* 4. *de sentent. excomm. in* 6.

4. Quia

4. Quia vniuersitas non potest excommunicari. *cap. Romana. 5. §. in vniuersitatem. de sentent. excom. in 6.* Suspendi autem & interdici sic. *cap. quia sæpe. 40. de elect. lib. 6. cap si sententia. de sent. excomm. eod. lib.*

5. Quia excommunicati nunquam admittuntur ad diuina officia: alii vero sic interdum. *cap. fin. de sent. excomm. in 6.*

6. Quia excommunicatio & suspensio non feruntur, nisi ob culpam propriam: interdictum vero etiam per alienam. *dict. cap. si sentent.*

7. Quia absolutio excommunicationis, prærequirit alia verba: suspensio vero & interdictum non. Doctores, vbi supra.

CAPVT IV.

DE IRREGVLARITATE.

Irregularitatu ethymolog. EX ipsius vocis etymologia, dicimus irregularitatem priuationem regulæ, & inhabilitatẽ quandam ad ordines esse; ita quidẽ, vt irregularem illũ putemus,

qui

qui nec miniſtrare in ſuſceptis, nec ad maiora aſcendere poteſt, cuius deſcriptio eſt.

Irregularitatis definitio.

Irregularitas eſt impedimẽtum à iure canonico inductum, directe impediens ad ordines promoueri, vel in eis legitime miniſtrare, colligitur *ex cap. vlt. de tempor. ordin. lib. 6.*

Irregularitas, vel prouenit ex voluntate.

Quæ prouenit, vel ex voluntate: vel ex accidenti ex voluntate, vel culpabili, vt homicida voluntarius criminoſus & huiuſmodi. vt *in cap 1. & tot. tit. de homic. can. ſi quis vidum. 50. diſt.* Vel in culpabili, vt bigamus, iudex, laicus, & huiuſmodi. *cap. 1. & tot. tit. de bigamis. can. maritum. 34. diſtin.*

Vel ex accidenti.

Vel prouenit ex accidenti, vt cæcus, corpore defectuoſus, illegitimus, aut ex ſeruili conditione natus. *cap. 1. & tot. tit. de corpore vit. & tit.* de ſeruis non ordinandis. De quibus omnibus *ſupra ſect. 2.*

Quibus modis tollatur?

Tollitur irregularitas tribus modis, per baptiſmum, dummodo non ſit ex bigamia aut defectu corporis. *Can. acutius. 26. diſt.* Per ingreſſum etiam religionis tollitur,

tur, cum non ex iisdem capitibus, aut ex homicidio voluntario proueniat. Et denique per dispensationem, vbi plenissima est Sum. Pontificis auctoritas, & earum quælibet aufertur.

Episcopi, in quibus irregularitatibus dispẽsant.

Episcopis etiam conceditur, in omnibus irregularitatibus, ex delicto occulto prouenientibus, dispensare; dempta homicidii voluntarii, & deducta in forum contentiosum. *Concil. Trident. Sess. 24. c. 6. in decre. de refor.*

Irregularitatum species.

Diuiditur omnis irregularitas, in quinque generalissimas species, ex quibus tanquam ex radicibus impedimenta omnia deducuntur, ad ordines suscipiendos. Ex bigamia; ex defectu animæ, vt infidelis, idiota & illiteratus: ex defectu corporis vt cęcus, claudus & surdus: ex delicto, vt homicida, ex defectu perfectæ lenitatis, vt iudex assistens iudicio sanguinis.

De bigamia & aliis irregularitatibus.

Bigamiæ definitio.

BIgamia est irregularitas, ex pluralitate vxorum prouenięs. Tres communiter sunt species biga-

bigamiæ, vna quæ dicitur vera, altera interpretatiua, & alia similitudinaria. Bigamia vera est illa, quãdo quis, diuerso tempore, duas habuit vxores, carnalique commistione easdem cognouit, siue virgines siue corrũptas. *cap. debitum.* 5. *de bigam. can. acutiùs. can. deinde.* 26 *distin.* *Bigamia vera.*

Bigamia interpretatiua est, quãdo quis habuit vnãm tantum vxorem, sed viduam vel corruptã. *Can. maritum.* 33. *distin, can. si quis viduam.* 50. *dist.* *Bigamia interpretatiua.*

Bigamia similitudinaria est, vt cum quis sacro ordine insignitus, vel voto solemni religiosus, vel castitatis adstrictus; contrahit de facto & consummat matrimonium, cum aliqua etiam virgine. *Canon. quotquot.* 27. *q.* 1. *Bigamia similitudinaria.*

Tum etiam efficitur bigamus qui vnicam vxorem habet & virginem, sed post matrimonium adulterauit; & post adulterium ab ea commissum, carnali commistione illam cognouit, etiam adulterium ignorans. *Can. si cuius vxorem. Can. si laici.* 34. *distin.* *Cognoscẽs mulierem adulterã efficitur big.*

Qui

etiam iustum, fit irregularis. *cap. 1. de homicid. Concil. Trid. Sess. 14. c. 7. de refor.* Si vero quis vim vi repellendo vt se à morte defenderet, vel infans, vel furiosus aliquem occideret, non fit irregularis. *Concil. vbi supra, Clemen. si furiosus, de homic,*

Est etiam irregularis iudex, procurator, accusator, fiscalis, testis, notarius, scribens, pronuncians, publicans sententiam, scribẽs literas; quibus deformatio seu homicidium impetratur, vel quilibet alius officialis, in tali casu, fit irregularis. His temporibus & anno 1564. perlegi, & vidi dispensationem quandam S. D. N. Clementis VIII. super irregularitate homicidii, ex eo quod, quidam, dum famularetur cuidam notario, scripsit depositiones testium in causa homicidii.

Causantes homicidium etiam iustum fiũt irregulares.

Item, qui comitatur iudicem, vt notarius & satellites, item custodes damnati ducti ad mortem, item vendens vel commodans scalas, funes, enses, sagittas, aut alia instrumẽta ad aliquẽ occidendũ, est irregularis. K Qui

Notarij & alij cooperantes ad mortem.

Deferens ligna ad comburendum hæreticũ. Qui capit vel indicat furem, vt à iudice capiatur, hortans vel admonens damnatum, vt faciat actũ quo acceleretur mors, vt ascendere scalas properè, &c. fit irregularis.

Deformãs etiam fit irregularis. Item qui adfert ligna, ad comburendum hæreticum viuum, si cum hoc cooperatur, in morte illius, irregularis fit; secus est si adferat ad comburendum hæreticũ iam mortuum.

Quod igitur dicitur de homicidio & causam homicidii dante, dicendum est de deformante & membrum mutilante. Illa pars hominis dicitur membrum, quæ habet officium per se distinctum, vt manus, pes, auris, oculi, qui enim deformat vel dat causam propinquam deformãdi, fit irregularis, quia ad incurrendam hanc irregularitatem, idem est mutilatio alicuius notabilis membri, & deformatio sicuti occisio. Illa denique deformatio, seu membri mutilatio, facit aliquem irregularem, quæ causat in deformato impedimentum ad sacros ordines.

CAPVT

CAPVT V.

DE CESSATIONE *à Diuinis.*

CEssatio à Diuinis est suspensio organorum diuinæ laudis, & quædam desistentia à diuinis officiis, ex causa ardua, donec satisfiat. *cap. quamuis.* 8. *de offic. ordin. in 6. cap. irrefragabilis.* 13. §. *caterum, eodem tit. cap. dilectis.* 55. *vers. verum. de appellat.* *Definitio cessationis à diuinis.*

Cessatio à diuinis est duplex, generalis & specialis. Generalis, vt quãdo in vniuerso regno, prouincia, vel ciuitate cessatur à diuinis: specialis est, quando in Ecclesia tantùm diuina interdicuntur. *Cessatio à diuinis duplex.*

Ille potest cessationis pœnam imponere, qui potest excommunicare, suspendere, & interdicere, & cum cessatio sit ad tempus, tèmpore transacto non erit necessaria absolutio: huius censuræ violator non fit irregularis, est tamen suspensus. *Quis possit cessationis pœnam imponere.*

CAPVT VI.

DE ALIIS POENIS *Ecclesiasticis.*

Pœnitentia vt pœna ecclesiastica. POenitentia, quæ in foro iudiciali publicè criminosis solet imponi, est pœna ecclesiastica à Iudice ecclesiastico, publice peccatori imposita.

Publica. Quæ duplex est: publica scilicet, vt discalceatum stare ante ianuam ecclesiæ: deferre publice signum pœnitentiæ, vt (Sanbenito Coroza) de qua *in cap. tua. 6. pœnis. can. si quis contristatus dist.* 90. *can. si homo.* 27. *quæst.* 1. *can. latorem.* 33. *q.* 2.

Solemnis. Solemnis pœnitentia dicitur quæ fit in quadragesima, de qua *in can. in c.* 50. *dist.*

Depositionis definitio. Depositio est priuatio officii, & beneficii, absque spe restitutionis, retento tamen priuilegio clericali & fori.

Degradatio quid? Degradatio est priuatio legitimæ actionis ordinum & officiorũ ecclesiasticorum, simpliciter & ex toto in perpetuum, cum priuilegii clericalis & fori priuatione, absque spe restitutionis. Quæ pæna nunquam à iure, sed à iudice est infligenda. Quæ duplex est, *Degradatio duplex.* verbalis, scilicet, quæ idem est ac depo-

depositio: & realis, quæ fit debita solemnitate tradita ab ecclesia, de qua *in cap. degradatio. 2. de pœnis. in 6.*

Causa dispositiua ob quam clericus verbali sententia deponendus est, debet esse crimen & sæpius iteratum; vt quod, præter arbitrum iudici est crimen in lege ciuili dignum pœna mortis; vt *hæresis, ca. ad abolendam. 8. de hæreticis schisma. cap. ad succedendos de schismaticis lib. 6.* Reuelatio confessionis. *c. omnis vtriusq; sexus* 12. *de pœn. & remis. can. Sacerdos. 2. de pœnit. dist.* 6. Falsificatio literarum Apostolicarum. *c. ad falsariorum. 7. de crim. falsi.* Conspiratio contra proprium Prælat. *can. si quis Sacerdotum.* 11. *q.* 1. & Simoniaci etiam sunt deponendi. *can. erga* 1. *q.* 1. & Vsurarii manifesti. *can. si quis.* 47. *dis.* ob grauiora & similia in iure expressa delicta proceditur ad actualem degradationem, de qua sunt videndi summistæ suis locis. D. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 55 *plures allegat & refert Cæsaraugustanus noster, Canonicus S. Mariæ del Pilar.*

Crimina depositione & degradatione digna.

D. Petrus Cenedo in Collectaneis Iuris Canonici. 2. p. Collect. 65. num. 3.

SECTIO V.

De Simonia.

EX Gregorio Nazianzeno, seu vt alii dicunt in Epistola Tarasii ad Adrianum sunt hæc verba. Qui studet donum Dei pretio mercari, in sacro ordine, nulla ratione de cætero permanere; aut reuocari posse, dubium non est. Talis à communione omnibus modis abscindatur; Nam Spiritus sancti donum pretio comparari, quid aliud est quam capitale crimen, & simoniaca hæresis? quod quam detestabile in vtroque testamento vindicatum sit, multorū exemplis facilè apparet, &c. *refer-*
4. Reg. 5. *tur in can. qui studet.* 1. *q.* 1. vt patet
Mat. 27. exemplo Giezi, Iudæ proditoris,
Actor. 8. & Simonis Magi. Christus etiam Redemptor noster è templo eiecit ementes, & vendentes, apertè docens ab Ecclesia tales eijciēdos esse; nec ordinatione aliqua dignos, imo excludendos ab omni dignitate

gnitate fore. Ideo oportet vt ordinandi sciant, qualiter simoniæ vitium deturpet; vt lotis manibus, & mũdi, gratiã Sp. sancti, gratis accipiant & ministrent, sicut decet.

Simonia dicitur à Simone Mago. Simonia à Simone Mago dicta, qui potestatem dandi Spiritum sanctum, pecunia comparare voluit; vt postea signa vendendo, lucraretur: & ideo tam emptores quam venditores spiritualium, simoniatici vocantur. Et licet Balam, Giezi, Iudas proditor, & alii spiritualia, & sacra vendere tentarunt, non tamen ab ipsis, spiritualium rerum venditores, denominationem sumunt; quia licet supradicti vendere sacra curarunt, nihil tamen emere intendebant. Nũ. 22. 4. Reg. 5. Mat. 27.

Simonia definitio. Simonia sic definitur. Est studiosa voluntas emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum.

Explicatur definitio. Dicitur in definitione, voluntas, vt intelligamus subiectum in quo est simonia: nã omnes virtutes, quæ nos ad rectè operandũ erga alios dirigunt: quales sunt charitas, liberalitas, & iustitia, sunt in

voluntate: & ita iustitia definitur. Est perpetua, & constans voluntas ius suum vnicuique tribuens. *l.* 1. *ff. de iust. & iur.* eodem modo à contrario, etiam vitia eisdem virtutibus opposita: vt auaritia, iniustitia, & simonia per voluntatem definiuntur.

Iustitiæ definitio. Per emptionem & venditionem, intelligimus omnem contractum non gratuitum, per quem do, vt des.

Obiectum simoniæ. Obiectum, circa quod versatur simonia, est res spiritualis, & probatur Diui Petri auctoritate, reũ Simonem increpantis dicendo. Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia donum Dei existimasti, pecunia possideri.

Spiritualia dicuntur tribus modis. Spiritualis res est triplex, communis, propria, & propriissima. Proprie spiritualia dicuntur, quæ incorporea sunt: vt anima rationalis, angelus, & huiusmodi: de quibus in proposito nostro nulla mentio sit. Propriissime spiritualia dicuntur quæ à spiritu increato proficiscuntur: vt sunt Spiritus sancti dona, gratiæ sacramentales,

&

& alia huiusmodi. Et in his propriissime est simonia. Tertio modo dicitur spirituale communiter, quia ordinatur ad ea, quæ à Spiritu sancto proficiscuntur. Quod est duplex, quoddã est cõpositum ex spirituali & corporali, sed formaliter & principaliter est spirituale; vt sacramenta Ecclesiæ, sacramentalia, benedictiones, Ecclesiastica beneficia & huiusmodi; & in his etiam communiter simonia: Aliud est spirituale, quia compositum ex spirituali & corporali, sed principale in illo est corporale; vt calices, cruces, officia ecclesiastica, vt officium iudicis, doctoris, Sacristæ, &c. In his etiam committitur simonia, pro ea parte, pro qua spiritualia sunt, & aliquid spiritualitatis habent.

Simonia alia realis, & alia conuentionalis.

Simonia est duplex, quædam est interior seu mentalis; quædam vero exterior & conuentionalis. Simonia mentalis etiam est duplex, quædam quæ in sola mente & proposito consistit: alia est mẽtalis, quæ non cõsistit in solo pro-

posito sed habet aliquem actum exteriorem coopertũ tamen & velatũ; vt non possit bene cognosci, nisi ab operante, vt si quis inseruit prælato propter beneficium, sed non declarat suam intentionem, habẽdi beneficium ob seruitium.

Simonia exterior duplex.

Simonia exterior etiam est duplex, quædam realis, vt quando expresse vel tacite interuenit pretiũ pro re spirituali, de qua *in cã. presbyter* 1. *q.* 1. Quędã est cõuẽtionalis: vt quãdo cõuentio fit, de dãdo vel recipiendo aliquid pro re spirituali. de qua *in cap. per tuas de simon. class.* 2. *& in can. nonnulli.* 114. 1. *q.* 1.

Subdiuiduntur autem omnes supradictæ, nam vel sunt ab vtraque parte secutæ, vel ab vna tantum, vt *in can. statuimus.* 107. *can. si quis* 181. *q.* 1.

Simonia alia prohibita quia mala.

Simonia alia est prohibita, quia simonia, & alia simonia, quia prohibita. Primi generis sunt spiritualia propriissime, quarum emptio & venditio de iure diuino prohibetur: secundi generis sunt, quæ proprie non sunt spiritualia, sed spiritualibus annexa, vt calices

bona

bona Ecclesiarum, & aliqua beneficia Ecclesiastica; harum emptio & venditio simoniaca est, quia solum iure positiuo prohibetur. *can. Saluator.* 1. *q.* 3.

CAPVT II.

QVOT MODIS SIMOnia contrahatur.

Emptionis & venditionis nomine, quid intelligatur?

SVperius diximus, simoniam studiosam voluntatem emendi vel vendendi, nomine autem emptionis aut venditionis, omnem commutationem intelligimus rei spiritualis pro temporali: cum nomine pecuniæ, quidquid pecunia potest æstimari intelligatur. *l. pecunia.* 222. *lib.* 50. *ff. de verb. signif. can. totum.* 1. *q.* 3.

Pecuniæ nomine, quid intelligatur?

Vnde preces, quæ pretio æstimari queunt, seruitia & affinitates, pecuniæ nomine etiam intelliguntur; cum munerum nomine comprehendantur. vt *in can. sunt nonnulli.* 114. 1. *q.* 1. & per hæc tria munera, omnes res pretio ęstimabiles significãtur. Ad quæ tria munera reducuntur metus & homagiũ, affectus & cõsãguinitas, amor carnalis & acceptio personarum;

à quibus fidelis ordinandus debet esse immunis, vt benedictione prophetæ fruatur, dicentis. Beatus qui excutit manus suas ab omni munere; vt ergo de omnibus specificetur oratio, notandum est quod in accipiendis vel dandis muneribus, tria sunt maximè attendenda, scilicet, dantis & accipientis qualitas, quantitas & tempus donationis.

Isaiæ. 33.

Munus à manu. Munus à manu, est pecunia seu res alia mobilis vel immobilis, quæ pretio æstimatur; & simoniã hanc committunt qui dant vel recipiunt quid temporale pro spirituali. vt *in can. statuimus.* 106. cum sequentibus, & per totam. 1. *q.* 1. quæ enim modici sunt pretii, & quæ voluntatem recipientis diuertere non possunt, & liberè & sponte dantur, nulla intentione iniqua præcedente vel subsequente, ritè dantur & accipiuntur. *Can. de eulogijs, distin.* 18. *can. quast. est.* 13 *quast.* 2.

Quæ modici sunt pretij simon. non causant.

Munus à lingua. Munus à lingna plura complectitur temporalia, pretio, & pecunia æstimabilia: vt laudem, adula-

dulationem, reuerentiam, & præces, quibus acquiritur fauor humanus; quæ si fiant pro indigno, & his mediis promouetur, simoniacus est. *Can. ordinationes.* 113. *can. de ordinationib.* 116. 1. *q.* 1. si autem pro digno preces porrigãtur, licet ordinator moueatur à laude & excitetur precibus, nõ est simonia, vt ostenditur ex facto Gregorii dicentis. Latorem præsentium, per intercessionem Sanctitatis vestræ, acolitum facimus. *can. latorẽ filium à* 21. *can. filium.* 122. 1 *q.* 1.

Munus ab obsequio est seruitus, subiectio, homagium, famulatus. Si quis dat rem spiritualẽ, pro aliquo obsequio temporali, exhibito vel exhibendo: idem est ac si daret pro pecunia data vel promissa, cum supradicta pecunia æstimentur: & per consequens simonia committitur, *c. cum essent.* 12. *de simon. can. Saluator. versic. ideo.* 1. *q.* 3. *Munus ab obsequio.*

Obsequium item est duplex, quoddam enim est particulariter ordinatum in bonum particulare alicuius, scilicet dantis spiritualia, *Obsequiũ est duplex particulare.*

 siue

An simoniacus verè sit ordinatus? pit quidem characterem ordinis, propter efficaciam sacramenti; non tamen recipit gratiam, neque ordinis executionem. *Can. gratiam. cum sequentib.* 1. *q.* 1.

CAPVT III.

DE PROHIBITIONE SImonia, & simoniacorum pœnis.

Simonia, an sit iure diuino prohibita? SImoniam diuinitus prohibitã, vitiumq; detestabile esse, constat ex sacræ scripturæ locis & pœnis contra simoniacos. Gratis accepistis (inquit Christus) gratis date. Pecunia tua tecum sit in perditionem, (dictum fuit Simoni mago) quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. Et de simoniacis, inquit D. Petrus, Errauerunt secuti viam Balaam ex Bosor, qui mercedem iniquitatis amauit. Et Christus Dominus, domum suam, domum negotiationis prohibet fieri, vbi expresse inhibet emptionem & venditionem spiritualium rerum.

Matt. 10. Actor. 8. 2. Pet. 2. Ioan. 2.

Pœna. Simoniacorum. Hinc ius canonicum, tanquam contra perniciosissimum vitium, diuer-

diuersas aduersus simoniacos prę-scripsit pœnas.

Prima pœna est, vt restituant quidquid per simoniam acquisiuerint. *Can. presbyter. can. quinque.* 12. 1. *q.* 1. *c. nobis.* 27. *cap. sicut.* 33. *de simonia*, & hoc propter admissum in simonia furtum; nam rem alienam vendens contra domini voluntatem, fur est & latro: & cum simoniacus rerum spiritualiũ non sit dominus, ideo easdem vẽdens, tanquam fur tenetur, ablata restituere, cum non dimittatur peccatum, nisi restituatur ablatum. *canon.* à 14. *q.* 6.

An restituere teneantur.

Simoniacus est fur.

2. Pœna est excommunicatio, can. reperiuntur. 7. *can placuit.* 12. 1. *quast.* 1.

Est excommunicatus.

3. Pœna est suspensio ab ecclesiastico officio. *cap.* 2. *&* 3. *& cap.* 6. *de simonia.*

Est suspẽsus.

Aduerte tamen: nullum simoniacum, præterquam in ordine, & in beneficio, esse ipso iure excommunicatum.

Simoniacus in ordine est excommunicatus & suspensus, etiam occultus, *Extra* 2. *de simon. cap. tanta.*

Simoniac. in ordine est excom.

D. Petrus Cenedo in Collectaneis Iuris Canonici. 2. p. Collect. 65. num. 3.

SECTIO V.

De Simonia.

EX Gregorio Nazianzeno, seu vt alii dicunt in Epistola Tarasii ad Adrianum sunt hæc verba. Qui studet donum Dei pretio mercari, in sacro ordine, nulla ratione de cætero permanere; aut reuocari posse, dubium non est. Talis à communione omnibus modis abscindatur; Nam Spiritus sancti donum pretio comparari, quid aliud est quam capitale crimen, & simoniaca hæresis? quod quam detestabile in vtroque testamento vindicatum sit, multorũ exemplis facilè apparet, &c. *refertur in can. qui studet.* 1. *q.* 1. vt patet exemplo Giezi, Iudæ proditoris, & Simonis Magi. Christus etiam Redemptor noster è templo eiecit ementes, & vendentes, apertè docens ab Ecclesia tales eijciẽdos esse; nec ordinatione aliqua dignos, imo excludendos ab omni dignitate

4. Reg. 5. Mat. 27. Actor. 8.

gnitate fore. Ideo oportet vt ordinandi sciant, qualiter simoniæ vitium deturpet; vt lotis manibus, & mũdi, gratiã Sp. sancti, gratis accipiant & ministrent, sicut decet.

Simonia à Simone Mago dicta, qui potestatem dandi Spiritum sanctum, pecunia comparare voluit; vt postea signa vendendo, lucraretur: & ideo tam emptores quam venditores spiritualium, simoniatici vocantur. Et licet Balam, Giezi, Iudas proditor, & alii spiritualia, & sacra vendere tentãrunt, non tamen ab ipsis, spiritualium rerum venditores, denominationem sumunt; quia licet supradicti vendere sacra curarunt, nihil tamen emere intendebant.

Simonia dicitur à Simone Mago.

Nũ. 22. 4. Reg. 5. Mat. 27.

Simonia sic definitur. Est studiosa voluntas emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum.

Simonia definitio.

Dicitur in definitione, voluntas, vt intelligamus subiectum in quo est simonia: nã omnes virtutes, quæ nos ad rectè operandũ erga alios dirigunt: quales sunt charitas, liberalitas, & iustitia, sunt in

Explicatur definitio.

voluntate: & ita iustitia definitur. Est perpetua, & constans voluntas ius suum vnicuique tribuens. *l.1.ff. de iust. & iur.* eodem modo à contrario, etiam vitia eisdem virtutibus opposita: vt auaritia, iniustitia, & simonia per voluntatem definiuntur.

Iustitia definitio. Per emptionem & venditionem, intelligimus omnem contractum non gratuitum, per quem do, vt des.

Obiectum simonia. Obiectum, circa quod versatur simonia, est res spiritualis, & probatur Diui Petri auctoritate, reũ Simonem increpantis dicendo. Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia donum Dei existimasti, pecunia possideri.

Spiritualia dicuntur tribus modis. Spiritualis res est triplex, communis, propria, & propriissima. Proprie spiritualia dicuntur, quæ incorporea sunt: vt anima rationalis, angelus, & huiusmodi: de quibus in proposito nostro nulla mentio sit. Propriissime spiritualia dicuntur quæ à spiritu increato proficiscuntur: vt sunt Spiritus sancti dona, gratiæ sacramentales,

&

& alia huiusmodi. Et in his propriissime est simonia. Tertio modo dicitur spirituale communiter, quia ordinatur ad ea, quæ à Spiritu sancto proficiscuntur. Quod est duplex, quoddã est cõpositum ex spirituali & corporali, sed formaliter & principaliter est spirituale; vt sacramenta Ecclesiæ, sacramentalia, benedictiones, Ecclesiastica beneficia & huiusmodi; & in his etiam communiter simonia: Aliud est spirituale, quia compositum ex spirituali & corporali, sed principale in illo est corporale; vt calices, cruces, officia ecclesiastica, vt officium iudicis, doctoris, Sacristæ, &c. In his etiam committitur simonia, pro ea parte, pro qua spiritualia sunt, & aliquid spiritualitatis habent.

Simonia est duplex, quædam est interior seu mentalis; quædam vero exterior & conuentionalis. Simonia mentalis etiam est duplex, quædam quæ in sola mente & proposito consistit: alia est mẽtalis, quæ non cõsistit in solo pro-

Simonia alia realis, & alia conuentionalis.

bona Ecclesiarum, & aliqua beneficia Ecclesiastica; harum emptio & venditio simoniaca est, quia solum iure positiuo prohibetur. *can. Saluator.* 1. *q.* 3.

CAPVT II.

QVOT MODIS SIMOnia contrahatur.

SVperius diximus, simoniam studiosam voluntatem emendi vel vendendi, nomine autem emptionis aut venditionis, omnem commutationem intelligimus rei spiritualis pro temporali: cum nomine pecuniæ, quidquid pecunia potest æstimari intelligatur. *l. pecunia.* 222. *lib.* 50. *ff. de verb. signif. can. totum.* 1. *q.* 3.

Emptionis & venditionis nomine, quid intelligatur?

Vnde preces, quæ pretio æstimari queunt, seruitia & affinitates, pecuniæ nomine etiam intelliguntur; cum munerum nomine comprehendantur. vt *in can. sunt nonnulli.* 114. 1. *q.* 1. & per hæc tria munera, omnes res pretio ęstimabiles significãtur. Ad quæ tria munera reducuntur metus & homagiũ, affectus & cõsãguinitas, amor carnalis & acceptio personarum;

Pecuniæ nomine, quid intelligatur?

à quibus fidelis ordinandus debet esse immunis, vt benedictione prophetæ fruatur, dicentis. Beatus qui excutit manus suas ab omni munere: vt ergo de omnibus specificetur oratio, notandum est quod in accipiendis vel dandis muneribus, tria sunt maximè attendenda, scilicet, dantis & accipientis qualitas, quantitas & tempus donationis.

Isaiæ. 33.

Munus à manu. Munus à manu, est pecunia seu res alia mobilis vel immobilis, quæ pretio æstimatur; & simoniā hanc committunt qui dant vel recipiunt quid temporale pro spirituali. vt *in can. statuimus.* 106. cum sequentibus, & per totam. I. *q.* I. quæ enim modici sunt pretii, & quæ voluntatem recipientis diuertere non possunt, & liberè & sponte dantur, nulla intentione iniqua præcedente vel subsequente, ritè dantur & accipiuntur. *Can. de eulogijs, distin.* 18. *can. quast. est.* 13 *quast.* 2.

Quæ modici sunt pretij simon. non causant.

Munus à lingua. Munus à lingua plura complectitur temporalia, pretio, & pecunia æstimabilia: vt laudem, adula-

dulationem, reuerentiam, & præces, quibus acquiritur fauor humanus; quæ si fiant pro indigno, & his mediis promouetur, simoniacus est. *Can. ordinationes* 113. *can. de ordinationib.* 116. 1. *q.* 1. si autem pro digno preces porrigātur, licet ordinator moueatur à laude & excitetur precibus, nō est simonia, vt ostenditur ex facto Gregorii dicentis. Latorem præsentium, per intercessionem Sanctitatis vestræ, acolitum facimus. *can. latorē filium à* 21. *can. filium.* 122. 1. *q.* 1.

Munus ab obsequio. Munus ab obsequio est seruitus, subiectio, homagium, famulatus. Si quis dat rem spiritualē, pro aliquo obsequio temporali, exhibito vel exhibendo: idem est ac si daret pro pecunia data vel promissa, cum supradicta pecunia æstimentur: & per consequens simonia committitur, *c. cum essent.* 12. *de simon. can. Saluator. versic. ideo.* 1. *q.* 3.

Obsequiū est duplex particulare. Obsequium item est duplex, quoddam enim est particulariter ordinatum in bonum particulare alicuius, scilicet dantis spiritualia,

siue suorum consanguineorum; & tunc pro his, spiritualia dare simoniacum est, & sic intelliguntur supradicta iura.

Et generale. Aliud est obsequium impensum in ecclesiæ vtilitatem, & ad tale potest collator beneficii habere respectum; cum huiusmodi obsequiũ, cæteris paribus, reddat ipsum dignum, & sic præferendũ: vnde D. Gregorius, vtilitatib. Ecclesiæ deseruientes, dignum est remuneratione gaudere, cap. significatum est nobis 11. c. cum secundum Apostolum. 16. *de præb.* Et idem iudicium est de munere à lingua in vtilitatem ecclesiæ impenso, & de munere à manu, dummodo principaliter ad hoc non seruiat & non ducat in pactum: nam omnis pactio in spiritualibus, & conuentio cessare debet. *cap. tua. nos de simon.*

Inseruire prælato vt ordinetur, an sit simonia? Hic inferas simoniæ labe notari qui primò & principaliter inseruit prælato, vt ab ipso ordinetur, per supradicta; licet prælatus possit suum familiarem ordinare, si per triennium secũ fuerit cõmoratus Cõc. Trid.

Tri. *Sess. 23. c. 9. de ref.* tenetur tamẽ ei statim cõferre beneficiũ, vt in eadẽ decisione patet; sed nõ primò & principaliter ratione seruitii, sed ratione meriti. Infertur etiam simoniacos esse qui munera dant examinatoribus & mediatoribus, vt admissus ordinetur, propter *glos. iũcto. c. 1. de simon.* ibi, sicut episcopus manuũ impositionem, ita nec examinator vocem, neq; notarius calamum vendat, idem propter Concil. Trident. *Sess. 24. cap. 18. de reform. versic. caueant. can. reperiuntur. 7. 1. quæst. 1. can. quando. 24. dist.*

Notarij, possint recipere pro dimissorijs?

Nec possunt notarii recipere quidquam pro literis dimissoriis, vt expresse determinat Concil. Trident. *Sess. 21. cap. 1.* quod si notariis nullum salariũ sit constitutum; liceat decimam partem aurei, pro testimonialibus recipere, vt determinat Concil. ibidem versic. notarii vero vel in hoc seruetur diœcesum consuetudo, & taxatio rationaliter constituta. decisione. Concil. *Triden. attenta.*

Qui simoniacè ordinatur, recipit

An simoniacus verè sit ordinatus? pit quidem characterem ordinis, propter efficaciam sacramenti; non tamen recipit gratiam, neque ordinis executionem. *Can. gratiam. cum sequentib. 1. q. 1.*

CAPVT III.

DE PROHIBITIONE SImoniæ, & simoniacorum pœnis.

Simonia, an sit iure diuino prohibita? SImoniam diuinitus prohibitã, vitiumq; detestabile esse, constat ex sacræ scripturæ locis & pœnis contra simoniacos. Gratis accepistis (inquit Christus) gratis date. Pecunia tua tecum sit in perditionem, (dictum fuit Simoni mago) quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. Et de simoniacis, inquit D. Petrus, Errauerunt secuti viam Balaam ex Bosor, qui mercedem iniquitatis amauit. Et Christus Dominus, domum suam, domum negotiationis prohibet fieri, vbi expressè inhibet emptionem & venditionem spiritualium rerum.

Matt. 10. Actor. 8. 2. Pet. 2. Ioan. 2.

Pœna Simoniacorum. Hinc ius canonicum, tanquam contra perniciosissimum vitium, diuer-

diuersas aduersus simoniacos prę-
scripsit pœnas.

Prima pœna est, vt restituant quidquid per simoniam acquisiuerint. *Can. presbyter. can. quinque.* 12. 1. *q.* 1 *c. nobis*. 27. *cap. sicut*. 33. *de simonia*, & hoc propter admissum in simonia furtum; nam rem alienam vendens contra domini voluntatem, fur est & latro: & cum simoniacus rerum spiritualiũ non sit dominus, ideo easdem vẽdens, tanquam fur tenetur, ablata restituere, cum non dimittatur peccatum, nisi restituatur ablatum. *canon. à* 14. *q.* 6. *An restituere teneantur.* *Simoniacus est fur.*

2. Pœna est excommunicatio, can. reperiuntur. 7. *can placuit*. 12. 1. *quæst*. 1. *Est excommunicatus.*

3. Pœna est suspensio ab ecclesiastico officio. *cap.* 2. *&* 3. *& cap.* 6. *de simonia*. *Est suspẽsus.*

Aduerte tamen: nullum simoniacum, præterquam in ordine, & in beneficio, esse ipso iure excommunicatum.

Simoniacus in ordine est excommunicatus & suspensus, etiam occultus, *Extra* 2. *de simon. cap.* *Simoniac. in ordine est excommunicata.*

& suspensus. tanta. de simon. & ideo eget absolutione ab excommunicatione & suspensione. Simoniacus in beneficio, solum est excommunicatus: & ideo absolutus ab excommunicatione poterit celebrare; & non est ipso iure suspensus, cum nullo iure antiquo nec nouo prædictæ extrauagantis, id caueatur.

Infamis est simoniac. 4. Pœna est infamia. *can. sanè.* 13. *quæst.* 3. intelligũtur supradictæ pœnæ de reali simonia; nam supradictæ pœnæ, non infliguntur, nisi cum res exit in actũ. Non solum contra simoniacos extant supradictæ decisiones, verum etiam puniuntur per *tex.* *in Extrauag.* 2. *Pauli Papæ II. tit. de simõ. & Pius. V.* suo motu proprio contra simoniacos, non solum excommunicat simoniacos in ordine vel in beneficio: sed etiam illos, qui mediatores fuerunt simoniæ, & patet etiam in eadem *Extrauag. versic. statuentes*, & eisdem pœnis puniuntur, qui confidentiam in beneficiis admittunt. vt *Extrauag. Pij V. incip. intolerabilis*, & dantes & promittentes pro iustitia & gratia

tia obtinenda: iuxta Motum proprium Gregor. XIII. incip. *ipſo* Pontificatus anno 1574. Patres iam Concilii Trident. vetant omnem in ſacris rebus nundinationem. *Seſſ. 22. decret. de obſer. & comm. euit. in celebr. Miſſ. verſic. atque, vt multa, & Seſſ. 24. cap. 14. de reformat.*

ab Mediato-res in ſi-monia, an ſint ex-

De iure etiam Cæſareo ſimonia prohibetur *in l. ſi quenquam. C. de Epiſ. & cler.*

Simoniacorũ arrogantia vlciſcitur etiã flagellis diuinis, vt ſupra dictis exẽplis patet. Ciuitatũ ruinam, & euerſionem prædixit etiã propheta Michæas. Principes eius in muneribus iudicabant, & ſacerdotes eius in mercede docebant, & Prophetæ eius in pecunia diuinabant, &c. propter hoc, cauſa veſtri; Sion, quaſi ager arabitur, &c.

De iure ciuili, an ſit prohibita ſimonia?

CAPVT IV.

DE SIMONIÆ *reſtitutione.*

QVi muneris interuentu, ſpiritualia quæcunque aſſequitur, ea licitè retinere non poteſt, quia null' poteſt licitè retinere id, quod

Quare ſimoniacus reſtituit?

quod contra domini voluntatem acquisiuit; sed dominus ordinauit, vt spiritualia gratis darentur; ergo dispensator contra voluntatem domini sui, spiritualia vendens, restituere tenetur: *vt in can. si quis Episcopus* 1. *q.* 1. vbi qui dignitatē per simoniam emit, ab ea debet esse alienus, *vt in cap. qui pecuniam eod. cap. de hoc de simon.*

Cui sit facienda restitutio? Recipiens pecuniam debet restituere ecclesiæ, in cuius iniuriā accepta est: si vero non est facta iniuria ecclesiæ, restitutio debet fieri ecclesiæ vel pauperibus: & tunc non datur pauperibus gratis, ratione eleemosynæ, sed tanquam ipsis debitum, sic debet intelligi. *tex. in can. non est putanda* 27. 1. *q.* 1.

Parti quando est facienda restitutio? Si quis bona fide dedit pecuniam pro re spirituali, quasi credens pecuniam dari debere, vel alius pro ipso pecuniam dederit; tunc parti facienda est restitutio.

Tum etiam si quis dedit pecuniam, & non recepit beneficium: est eidem pecunia restituenda, cum simonia non fuerit consummata.

Simo-

Simoniacus mentalis, licet recipiat pecuniam (conuentione cessante) non tenetur restituere, sed sola pœnitentia, suo creatori tenetur satisfacere, decidetur in *cap. fin. de simon.*

Simoniacus mentalis non tenetur restituere.

Licet recipiens simoniacè beneficium, peccet mortaliter, & renunciare teneatur illud vel obtinere dispensationem & gratiam; non tamen vacat ipso iure beneficium, quia in Extrauag. Pij V. incip. cum pridem. Sunt hæc verba (coniunctus fuerit) quæ verba declarationem per sententiam prærequirunt.

An ipso iure vacet beneficium per simoniam acquisitum?

CAPVT V.

QVANDO SIT LICITVM temporalia pro spiritualibus recipere.

ETsi nunquam spirituale quouis pretio vendi liceat, licet tamen temporale dare vel accipere, pro spirituali, sequentibus casibus.

Primo, pro stipendio sustentationis ministrorum ecclesię, quod non solum licitum est, imò & debitum

Pro stipendio sustentationis

licet recipere temporale. bitum & à domino ordinatum in vtroque testamento: nam qui altari seruit (ex doctrina Apostoli) de altari viuere debet. *cap. cum secundum Apostolum, de praben. can. charitatem. can. quicunque. can. ecclesiasticis.* 12. q. 2.

1. Cor. 9.

Pro locatis operibus. 2. Modo licet accipere & dare temporale, pro stipendio locatarum operarum; & hoc in illis actionibus, in quibus principale quæsitum est temporale, vt pro officio sacristę. *Can. ecclesiasticis.* 12. *quæst.* 2. vel tanquam stipendium oneris adiecti, sic procedit decisio Alexandri III. ref. in cap. significatum est nobis, de præb. sic licitũ est recipere pretiũ; vt quis agat vicarium Episcopi, parochũ & capellanum, concionatorem, vel vt ad longinquum locum ad celebrandum eat; quia tunc spiritualia non venduntur, sed opera locãtur.

Gratis datum licet recipere. 3. Modo, datur temporale pro spirituali quando gratis datur per modum eleemosynæ. *c. & si quæstiones.* 18. *c. tua nos.* 34. *de simon.* & tunc licet accipere, sed omni scandalo secluso. In his gratuitis donationi-

tionibus, sequenda est pia consuetudo à fidelibus introducta, quam Episcopus obseruari faciat, vt ex Concil. Lateran. habetur. *cap. ad Apostolicam de simon.*

4. Datur spirituale pro temporali, ad redimendam vexationem iniustam, licet accipiens peccet, & restituere teneatur. *cap. dilectus. nu. 28. de simon.* *Pro redimenda vexatio-ne.*

Sed pro intelligentia nota, quod vexatio potest dupliciter considerari, aut vexatio est iusta aut iniusta: iniusta aut pro iure quæsito conseruando, aut pro iure quærendo: quando vexatio est iniusta, pro iure quæsito conseruando, licitum est pecuniam dare ad redimendam talem vexationem, sic procedit. *text. in dicto cap. dilectus.* Si vero vexatio est iniusta, pro iure quærendo, non tamen quæsito, non licet pecuniam dare ad ipsam redimẽdam: vt si aliquis dignus non eligitur, quia aliquis iniuste impedit, ne talis dignus eligatur: non potest illam iniustam redimere vexationem, *vt patet ex cap. Matthæus, de simonia.* *Vexatio duplex.*

Hinc

licet recipere temporale. bitum & à domino ordinatum in vtroque teſtamento: nam qui altari ſeruit (ex doctrina Apoſtoli) de altari viuere debet. *cap. cum ſecundum Apoſtolum, de præben. can. charitatem. can. quicunque. can. eccleſiaſticis.* 12. q. 2.

1. Cor. 9.

Pro locatis operibus. 2. Modo licet accipere & dare temporale, pro ſtipendio locatarum operarum; & hoc in illis actionibus, in quibus principale quæſitum eſt temporale, vt pro officio ſacriſtę. *Can. eccleſiaſticis.* 12. *quæſt.* 2. vel tanquam ſtipendium oneris adiecti, ſic procedit deciſio Alexandri III. ref. in cap. ſignificatum eſt nobis, de præb. ſic licitũ eſt recipere pretiũ; vt quis agat vicarium Epiſcopi, parochũ & capellanum, concionatorem, vel vt ad longinquum locum ad celebrandum eat; quia tunc ſpiritualia non venduntur, ſed opera locãtur.

Gratis datum licet recipere. 3. Modo, datur temporale pro ſpirituali quando gratis datur per modum eleemoſynæ. *c. & ſi quæſtiones.* 18. *c. tua nos.* 34. *de ſimon.* & tunc licet accipere, ſed omni ſcandalo ſecluſo. In his gratuitis donationi-

tionibus, sequenda est pia consuetudo à fidelibus introducta, quam Episcopus obseruari faciat, vt ex Concil. Lateran. habetur. *cap. ad Apostolicam de simon.*

4. Datur spirituale pro temporali, ad redimendam vexationem iniustam, licet accipiens peccet, & restituere teneatur. *cap. dilectus. 28. de simon.* *Pro redimenda vexatione.*

Sed pro intelligentia nota, quod vexatio potest dupliciter considerari, aut vexatio est iusta aut iniusta: iniusta aut pro iure quæsito conseruando, aut pro iure quærendo: quando vexatio est iniusta, pro iure quæsito conseruando, licitum est pecuniam dare ad redimendam talem vexationem, sic procedit. *text. in dicto cap. dilectus.* Si vero vexatio est iniusta, pro iure quærendo, non tamen quæsito, non licet pecuniam dare ad ipsam redimẽdam: vt si aliquis dignus non eligitur, quia aliquis iniuste impedit, ne talis dignus eligatur: non potest illam iniustam redimere vexationem, *vt patet ex cap. Matthæus, de simonia.* *Vexatio duplex.*

Hinc

An liceat pecuniam dare sacerdoti nolẽti baptizare?

Hinc infertur licere pecuniam dare sacerdoti nolenti baptizare paruulum, nisi pro pretio: & tunc licet ei dare pecuniam non pro baptismo, sed pro redimenda tali vexatione.

Distributiones recipere, an sit simonia?

5. Accipere vel dare aliquod temporale, minus principaliter, & tanquam causa impulsiua, non inducit simoniam: Hinc infertur non esse simoniacum, recipere distributiones in choro, ob diuinũ officium ibi celebratum: quia hoc approbatur ex *sex. in cap.* 1. *de cler. non resid. in* 6. *clem. vt hi qui, de aetat. & qualit. clem.* 1. *de reliquiis & vener. sanctor. Concil. Trident. Sess.* 24. *cap.* 12. *de ref. versic. distributiones.* Quia causa finalis, cuius finis principaliter intenditur nullo alio principaliori considerato, est Deum laudare; licitum etiam est seruire praelato, minus principaliter propter beneficium.

Consueta dari possunt accipi.

Consueta dari pro actionibus spiritualibus iam praestitis, possunt accipi, imo & peti antequam praestentur, vbi suspicio est de contentione futura.

Con-

Conferre alicui beneficium, animo se liberandi ab obligatione antidotali, non est simonia: non est enim pretium legale, dare aliquid, manu, lingua vel obsequio, familiari Papæ, principaliter ad ineundam amicitiam, & secundario vt adueniente occasione, beneficium procuret: secus si id principaliter intendat.

Conferre beneficiũ animo se liberandi ab obligatione, an sit simonia?

Papa potest incurrere simoniam prohibitam de iure diuino: nõ vero in humanam de iure positiuo inductam: & potest emere vel vendere omne beneficium, (si de iure diuino non prohibeatur) & liberat à pœnis simoniæ contrahentes secum vel sua auctoritate, actum simoniacum ineuntes.

An Papa possit esse simoniacus?

A peccato simoniæ potest absoluere quilibet sacerdos: si verò simonia fuerit in ordine vel in beneficio, eius absolutio est reseruata Romano Pontifici, *vt in extrauag. 2. §. statuentes, de simon.* Sed virtute Bullæ Cruciatæ, in qua à casibus reseruatis conceditur absolutio, potest sacerdos approbatus absoluere simoniacum, si tamen

Quis possit absoluere simoniacum?

men post simoniæ commissum crimen celebrauerit, fit irregularis, & tunc indiget dispensatione, vel à Romano Pontifice, vel ab ordinario loci; quia Episcopis conceditur, in irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus dispensare. Concil. Trident. *Sess. 24. cap. 6. de reformat.* Simoniacus in beneficio indiget dispensatione, vt possit illud licitè retinere. Ampliora hic sicuti in aliis Sectionibus congerenda essent, quæ libelli compendium non permittit.

SECTIO VI.

De horis Canonicis.

Horarum canonicarum necessaria institutio.

AD Ecclesiæ decorem, & populi Christiani salutem per quam necessarium fuit, clerum instituere, cui præter alia officia: nomine totius populi, horas canonicas Deo offerre, ex præcepto competere: vt decisum extat in *cap. presbyter, de celeb. Miss.* Diuinoque iure, ad maiorem orationis cultum clerici tenentur,

quam cæteri fidelium; qui variis distrahuntur negotiis, quia cùm occupationibus impediantur; decuit, vt sacerdotes inter populum & Deum mediatores incessanter pro populo orarent: sic præcepto Moysi, Aaron, & filii eius adolebãt incensum, vt precarentur pro populo. Non solum sacerdotes docere debere, sed etiam orare, & sacrificium offerre pro subditis, sacræ omnes paginæ innuunt. patet exemplo D. Pauli, rã frequenter, incessanter, & diligenter orauit pro suis ouibus, & sine intermissione orare docuit; & ideo ecclesia Spiritu sancto edocta horas canonicas tam nocturnum quam diurnum officium instituit, & ordinauit, de quo sequentia nota.

1. Paral. 6

Ad Ro. 1. Ad Phil. 1 Ad Col. 1. & 4. Ad Thes. 2.

De institutione, numero, & partibus horarum Canonicarum.

ANtiquissima fuit Ecclesiæ consuetudo dicẽdi huiusmodi horas canonicas in primitiua Ecclesia, vt refert Guillelmus Durandus, in suo *Ration. diuin. offic. lib. 5. cap. 2. num. 2.* diuersi diuersa quisque pro suo velle cantabant

 quod

quod ad Dei laudem pertinebat, licet conuenirent omnes in oratione Dominica à Christo edita, & in Symbolo ab Apostolis compacto: succedentibus vero temporibus (ortis aliquibus schismis) solicitante Theodosio Imperatore, vt per ecclesiasticum aliquem virum diuinum ordinaretur officium: Damasus Romanus Pontifex D. Hieronymum elegit; qui iussu Pontificis, ex Psalmis (Euangelia quoque & Epistolas, de nouo & veteri testamento) officium horarum canonicarum, magna ex parte ordinauit. Deinde fuit à Pontificibus ad meliorem formã redactum: & quia hoc sacrum institutum priscorum patrum & Conciliorum Canonibus fuit approbatum, ideo horæ canonicæ nuncupantur.

D. Hieron. ordinauit officium diuinum.

Quare dicantur canonicæ?

2. Esd. 9. Esdras Propheta populum Israel reuersum à captiuitate Babylonis docuit laudare Deum quater in nocte, & quater in die. Propheta etiam Dauid septies in die laudem dixisse Domino: & media nocte ad confitendum Domino surre-

Psal. 118.

surrexisse indicat. Ex quibus patet octo esse horas canonicas: nam dignum est vt homo qui corpus gerit ex quatuor elementis constans, quater respectu noctis, & quater respectu diei, intra diem naturalem Deum placare sibi satagat. Et licet omni tempore sit laudandus Deus, potissimè verò in prædictis horis laudatur ab ecclesia; in Prima, Tertia, Sexta, & Nona, quæ deseruiunt diei: & Vesperis, Completorio, Matutinis, & Laudibus, quæ deseruiunt nocti; in quibus opera præ cæteris insignia dignatus est Redemptor noster facere, media nocte, natus est de Virgine: diluculo resurrexit; Hora prima mulieribus ab Angelis annunciata est resurrectio: hora tertia, Spiritus sanctus super Apostolos venit: hora sexta, Crucifixus est Dominus: hora nona, emisit spiritum: Vespere, cum Dispulis cœnauit; illosque suo sacratissimo corpore refecit: hora completorii, in montem secessit solus orare: Communis tamen opinio septem canonicarum

Hora canonicæ octo.

Luc. 2.
Mar. 16.
Matt. 28.
Luc. 24.
Actor. 2.
Luc. 23.
Mar. 15.
Luc. 5.

horarum numerum approbat, ac complectitur: vt patet *ex glos. in cap.*1. *de celebr. Miss.* sequentia carmina refero ex Cassiano.

Horarum mysteria.

Hæc sunt septennis per quæ psallimus horis,
Matutina ligat Christum, qui crimina purgat:
Prima replet sputis, causam dat tertia mortis
Sexta cruci nectit, latus eius nona bipertit:
Vespera deponit, tumulo completa reponit.

Tum etiā, quælibet supradictarum horarū multas habet rationes & priuilegia, in ipsisque quamplurima mysteria continentur, vt in his versibus etiam referuntur.

In Matutino damnatur tempore Christus
Quando surrexit prima canit ordo fidelis:
Tertia cum canitur: tunc est cruciamina passus:
Sexta sunt tenebræ per mundi clymata facta,
Emissus Nona, diuinus spiritus hora:
Vespere clauduntur Christi sacra membra sepulchro:
Christo bissena custodia ponitur hora.

Horarum etiam canonicarum tempora ex sacra scriptura pulchre exornantur, de prima inquit Eccles. Iustus cor suum tradidit ad vigilandũ diluculo. Hora tertia orabant Apostoli, quando receperunt Spiritum sanctum. De hora sexta dicitur. Petrus ascẽdit in superiora, vt oraret circa horã sextam. De hora nona legitur, Petrus, & Ioannes ascendebant in Templum ad horam orationis nonam, & Propheta Regius ait, eleuatio manum mearum sacrificium vespertinum, & vespere, mane, & meridie: laudem Domino dicebat, vt ipse testatur. Eccl. 39. Actor. 2. Actor. 11. Psal. 140. Psal. 54.

Tum etiam, horarũ canonicarũ institutionis causæ sunt gratiarum actiones diuinorũ beneficiorum, septempliciter nobis donatorum, nam septem diebus completũ est beneficiũ creationis: singulare etiã beneficiũ creationis, passionis, redemptionisq; nostræ: septem horis fuit inchoatũ, continuatum, & consummatum: & ita præcipue in horis canonicis, passionis Christi, recolitur me- *Institutionis horarum causa.* Genes. 1.

moria, vt patet in hymnis officij parui sanctæ Crucis.

Partes horarum canonicarum. Horæ canonicæ constant, & componũtur ex psalmis, antiphonis, versibus, lectionibus, responsoriis, hymnis, canticis, & orationibus.

Psalmus quid, & vnde dicatur? Psalmi à psallendo dicuntur, quia quasi psallentes, & exultantes debemus bonum operari: nam psalmi significant bona opera: & dicuntur psalmi, quia Propheta Regius Dauid psalterio decem chordarum composuit, innuens quod in psalterio spirituali viuificato, per fidem debemus psallere Deo, decem legis mandata implendo. *Quare alternatim horæ cantẽtur?* Qui alternatim dicuntur, ex institutione Damasi, ex eo quod B. Ignatius in visione audiuit Angelos alternatim psalmos canentes. Dicuntur etiam alternatim ad denotandum, quod alter alterius onus ferre debet. *Gloria Patri vt dicatur in fine Psalmi.* Post vnumquemque psalmum dicitur Gloria Patri, nam versus iste totius Trinitatis est laus; nam cum psalmus bonam operationem significet, ea finita, merito Deo gloria

ria danda est, nunc, & semper. & in sæcula sæculorum. Amen.

Antiphona dicitur, quasi ante psalmum sonans: inchoatur ante psalmum, qui opus bonum significat: ipsa enim significat charitatem, sine qua opus nihil prodest, secundũ illud D. Pauli. Si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero: nihil mihi prodest. Et ita intermiscetur psalmis: quia omnia opera semper debent in charitate fieri: quæ ante psalmum imperfectè dicuntur, & post psalmum integrè: quia charitas, in via, imperfecta habetur, siue hic initiatur: sed in patria, per bona opera, quæ hic ex charitate fiunt, perficietur, sed in festiuitatibus maioribus Sanctorum, integræ dicuntur: quia illis diebus nos perfectiores in bonis operibus exhibere debemus. *Antiphō.* 1. Cor. 13.

Versus dicitur à vertendo: vt si fortè psalmorum longitudine, cogitando vana, à bono opere quis deuiauerit: audito versu, conuertatur ad Christum, versus signifi- *Versus.*

gnificat fructũ boni operis: & alta, & acuta voce dicitur: vt si aliqui pigri, laudando Deũ, & intelligendo diuina torpent; reuertantur ad operationem bonam, vt sic fructum boni operis consequãtur.

Lectiones. Lectiones à legendo dicuntur, quia non cantãtur, vt psalmus, & antiphonæ alternatim: sed legũtur ab vno solo. Lectiones nocturnales sunt doctrina nostra: nam per eas sanctorum opera imitamur, & earũ commemoratione compungimũr, in quarũ principio, lecturus petit benedictionẽ à Presbytero maiori, vel ab Episcopo dicendo. Iube Domne benedicere, & non Domine: quia solus Deus vere Dominus est: & benedicturus non à se benedictionem largitur, sed discrete à Deo illam postulat dari, dicens: Benedictione perpetua benedicat nos pater æternus, vel aliter, &c. In fine vero lectionum dicitur. Tu autem Domine miserere nobis, quia tunc sermonem ad Deum dirigit, qui vere Dominus est.

Respõsaria quoq; post lectiones sub-

ſubijciũtur: quia cum in ſectioni- bus, Sanctorum doctrinæ, mores & vita legantur: nos doctrinam acceptantes, & imitantes ipſos, reſpondemus per bonam operationem, & ita reſponſoria frequenter fiũt de materia lectionũ. *Reſponſoria.*

Hymni in ſingulis officiis diuinis cantantur, iuxta determinationem Concilii Agathen. *& ref. in can. conuenit.* 13. *de conſec. diſt.* 5. eſt autem hymnos græcè, latine, laus Dei: & ita in hymnis ſemper Deum laudamus: & in feſtiuitatibus ſanctorum, ſanctos ipſos. *Hymni.*

Cantica ſignificant gratiarum actiones: talis enim eſt differentia inter canticum & pſalmũ, qualis eſt inter bonam operationem & gratiarum actionem. Moyſem legitur inſtituiſſe cantica, quando Pharao ſubmerſus fuit; & dicuntur poſt pſal. quia poſt bonam operationem, ſequitur ipſius boni operis gratiarum actio. *Cantica.* Exod. 15.

Orationes ſingulis horis dicuntur, per quas petitiones noſtræ ad Deum diriguntur. Oratio namq; petitio eſt, nam orare, petere eſt: *Orationes.*

in fine horarum ponuntur, quibus diuinam deprecamur maiestatẽ: vt ea quæ in officio operando, laudando & legẽdo præstauimus, nobis prosint ad vitam æternam consequendam. Amen. De supradictis partibus horarum, vide Mag. Hugo de Sanct. Vict. *in speculo eccles. à cap. 1. tom. 2. & de offic. eccles. lib. 2.* Guilhelm. Duran. *in ration. diuin. offic. libr. 5. capit. 2. per totum.* Soto *lib* 10. *de iust. & iur. q. 5. art. 3.*

In principio omnium horarum, semper orationem Dominicam præmittimus, & in fine ipsarum iuxta determinationem Concil. Gerundensi. *referuntur in can. id semper.* 14. *de consec. distinct.* 5. & *habitur in rub. breuiarÿ Rom.* Quia verò Dominus ait in Euangelio.
Ioan. 3. Sine me nihil potestis facere. In principio horarum diei, dicimus: Deus in adiutorium meum intende, id est, præsta mihi auxilium aduersus insidias diaboli, ne opus bonum initiandum conturbet. Et cum peccare, nobis contingat tribus modis: videlicet corde, ore,

& opere; ideo tribus diuersis modis horæ inchoantur: vt completorium, per Conuerte nos Deus, contra peccatum cordis: Matutinum, per Domine labia mea aperies, contra peccatum oris; aliæ verò omnes diei horæ, per Deus in adiutorium meum intende, contra peccatum operis.

Qui teneantur ad horas canonicas.

AD horas canonicas dicendas, duplici ratione tenetur quis, scilicet ratione ordinis: & ratione beneficii ecclesiastici. Quare sit prima propositio. Clericus in sacris ordinibus constitutus tenetur dicere horas canonicas. Colligitur *ex tex. & glos. in cap* 1. *de celebr. Miss. can. presbyter* 91. *distinct.* & licet supradicta iura, de solo presbytero loquantur, etiam diaconi & subdiaconi, eadem ratione tenentur sub præcepto, horas canonicas dicere, vt *patet glos. in dicto cap.* 1. *cap. dolentes. de celeb. Miss. can. fin.* 92. *distinct.* tenet omnis Doctorum schola.

Clerici tenentur horas canonicas dicere.

Hinc infertur, clericos primæ

Clerici primæ tõsũra & in minoribus, an teneãtur ad horas canonicas.

tonſuræ & in minoribus ordinibus conſtitutos (qui beneficium eccleſiaſticũ non habent) non teneri, ratione præcepti, ad horas canonicas recitandas: nihilominus, ratione doni ordinum, tenẽtur Deo gratias agere: & ideo laudabiliter in hoc Archiepiſcopatu & regno, imponitur clericis primæ tonſuræ vt recitent, ſingulis diebus, Pſal. Miſerere mei: & clericis quatuor minorum, canticũ gradũ. Quod idẽ ego huiuſmodi clericis ſuadeo; quia præcipere nõ audeo, nã huiuſmodi præceptũ Epiſcoporũ nõ obligat ad mortale.

Beneficiati an teneantur horas dicere?

2. Propoſitio. Clerici beneficiati, eccleſiaſticũ, curatũ, vel ſimplex beneficiũ vel capellaniã collatiuã habentes, ſiue in maioribus ſiue in minoribus ordinibus conſtituti, tenentur etiam horas canonicas integrè dicere, patet *ex can fin. 92. diſt. d. clem. 1. de celeb. miſ.* tenent communiter omnes doctores. An vero ille, qui habet ita tenue beneficium vt eius fructus valorem viginti ſeu duodecim ducatorum non excedat, cum non ſufficiat ad

con-

congruam sustentationem, teneantur dicere officium diuinum: *Nauar. in Manu. cap.25. num.102. & de orat. & horis can. cap 7. n. 27.* Soto *dict. artic.3. Candel. ecclef. de sacram. ordinis. num. 43.*

3 Propositio. Pensionarius, qui pensionem aliquam habet ecclesiasticam super aliquo ecclesiastico beneficio, tenetur ad minus ad recitandum officium paruum B. Mariæ Virginis; vt cõstat ex præcepto Pij V. & Extrauagante ab eo edita, anno 1571. *incipi. ex proximo.* Nec excusantur supradicti, ratione itineris, famulatus, vel seruitij: nec excusantur excommunicati, interdicti, suspensi, degradati; ne ex malitia sua, commodum portare videantur.

Pensionarius ad quid teneatur.

Excusantur à recitatione horarum infirmi & etiam sani, si horarũ recitatio directe vel indirecte nocet saluti, quia ægritudinem seu infirmitatem causat: si verò infirmitas fuerit talis qualitatis, vt sine salutis detrimento, possit infirmus recitare, tenetur officiũ dicere; qualis est infirmitas, quæ vulgò

Qui excusentur ab horarũ recitatione.

Infirmi.

vulgò dicitur (*quartana*) quia, cessante febri, poterit infirmus recitare.

Dispensati à Romano Pōtifice.

2. Excusantur, iusta de causa, dispensati à Rom. Pontif. quia cum Papa possit supra omne ius positiuum, poterit etiam aliquem eximere ab obligatione recitandi, Episcopus tamen nec Legatus dispensare non potest, sed tantum Romanus Pontifex.

Occupatio repentina.

Occupatio repentina, quæ sine scandalo & peccato cōmitti non potest, liberat ab obligatione recitandi horas.

Defectus Breuiarij vt excuset.

Tum etiam defectus Breuiarii, iusta de causa, sibi non imputandus, excusat ab horarum recitatione, cum nemo ad impossibile obligetur. *ca. nemo. de regul. iur. in 6.*

De pœna negligentium horas canonicas.

CVm beneficium detur propter officium, & indigni mercede reputentur, qui obligationem non præstant: nihil mirum si in recitandis horis Canonicis negligentes, à sacris Canonibus puniantur, vsque ad priuationem benefi-

neficii. Quare sit prima propositio.

Omissio precum & horarum canonicarum est peccatum mortale.

2. Propositio. Clericus beneficiatus, qui ratione beneficii, horas canonicas recitare tenetur, si diuinum officium canonicè non persoluerit: tenetur pro rata temporis, perceptos fructus restituere; quod si supra dimidiatum annum in eadem negligentia perstiterit, beneficio priuetur, ita decisum extat in Concil. Lateran. *Sess. 9. & in quodam. §. statuimus. relato à Nauar. d. c. 25. num. 122. & cap. 7. de horis can. num. 31.* Soto *lib. 10. de iust. & iur. q. 5. artic. 6. colum. 5. Oeconom can. §. 4. idem tenet Instruct. Consci. Ludoui. Lopez. 2. part. cap. 93. Cordoua de casos de conscient. q. 33.*

Beneficiatus tenetur dicere officium.

Negligens restituat fructus.

Ex quibus patet, non esse tenẽdam opinionem illorum, qui dicunt, in primis sex mensibus (post collocationem beneficii) non peccare mortaliter, non recitantes; quia licet beneficiati, in primis sex mensibus, ob obligatione resti-

In primis sex mensibus vt obligantur.

restituendi fructus liberantur, & excusantur quomodocunque recitantes: non tamen à peccato mortali liberantur, si non recitauerint, patet ex motu proprio Pij Quinti, in illis verbis. Item ille, qui in primis sex mensibus, officium non dixerit, nisi legitimũ impedimentum ipsum excusauerit, graue peccatũ intelligat incurrisse.

Cui debet fieri fructuum restitutio?

3. Propositio. Prędicta fructuum restitutio debet fieri fabricæ ecclesiæ vel pauperibus. Quod si beneficiati fuerint pauperes, possunt sibi capere, tanquam vni ex pauperibus, & hoc ex consilio cõfessoris: nisi fuerint distributiones quotidianæ, quæ debent restitui interessentibus, vel nisi aliter in ecclesiis ipsis fuerit statutum.

Modus psallendi, & legendi horas canonicas.

Officij Romani institutio.

MOdus orandi potest tripliciter considerari. Primo, circa qualitatem officii: Secundo circa operationes exteriores: & tertio, circa operationes interiores. De primo notandũ est omnes teneri ad recitandum officium Romanum,

manum, Pii V. iussu editum, iuxta dispositionem Concilii Trident. *Sess* 25. *in fin.* decreto de indice librorum; qui auctoritate apostolica, aboluit omnia quæcunq; breuiaria antiqua, etiam quouis priuilegio, munita, vel ab Episcopis in suis diœcesibus promulgata, omnemque illorum vsum, de omnibus orbis ecclesiis deleuit (illis tamen exceptis quæ ab ipsa primæua institutione, à Sede Apostolica, vel consuetudine, per ducentos annos, fuerunt approbata) & præcipit atque instituit officium Romanum obligans omnes tam clericos quam religiosos (qui aliàs ratione ordinis, vel religionis, seu beneficii, sunt obligati) vt prædictum officium recitent & obseruent, seu pœnis per canonicas sanctiones, aliàs constitutis: vt habetur (vbi hæc & alia referuntur) in Motu Proprio eiusdem Pii V. anno 1568. edito, refertur & situatur in principio eiusdem breuiarij.

Quo Motu Proprio attento, cessant quāplurimę antiquæ obligatio- *Officij parui B.*

Mariæ institutio. ligationes tum diœcesum tu
etiam officii parui Beatæ Mari
Vrbanus enim Papa II. in Co
cilio Claram. cum decretum f
bellum sacrum, quo recuper
fuit terra sancta, præcepit dic
officium Beatæ Mariæ, singu
diebus; quod præceptum mo
cessat: vt tenet Dominicus S
to *libro* 10. *de iust. & iur. quæst*
art. 4.

Officium defunctorum. Psalmi Pœnitentiales, & Graduales vt obligent. Tum etiam cessat obligatio r
citandi officium defunctorum
septem psalmos, & psalmos gr
duales in quadragesima vel al
diebus: quia supradictum brev
arium, & officium nouum, lib
rat à supradicta obligatione:
patet in supradicto motu pr
prio, versic. nos propter vari
hortaturq; supradictis R. P. or
nes in Domino: vt supradicta su
fragia recitent, conceditque i
dulgentias recitantibus: vt pat
in supradicto versiculo.

Aduertendum tamen est, nc
censeri liberos, ab obligation
supradictorum officiorum, qui
lias ratione religionis, voti, v
eccl

ecclesiarum constitutionis, sunt obligati.

Sunt etiam in quacunque diœcesi, quædam particularia festa, celebrari consueta, quæ si approbata fuerint Sedis Apostolicæ auctoritate, iuxta modum, & ritum Romani officii, sunt veneranda, & suis temporibus celebranda: vt colligitur ex *rubric.* 1. *breuiarij*, de officio duplici, qualia sunt festa huius diœcesis Cæsaraugustanæ, approbata à Sanct. Pat. Gregorio XIII. *Festa diœcesis sunt celebranda.*

Sunt etiam recitanda omnia illa officia quę iussu Rom. Pont. recitari mandantur post editionem Breuiarii Romani, vt quæ à S. P. Sixto V. fuerunt ordinata, & sub præcepto publicata: scilicet, festum Leocadiæ Virginis, & Martyris, 9. *Decemb.* S. Francisci de Paula. 2. *Aprilis.* S. Herminigildi Mart. 13. *April.* Petri Martyris Ordinis Prædicatorum, 29. *April.* Antonij de Padua. 13. *Iun.* Vigilia S. Iacobi, & eiusdem festum. 25. *Iul.* Nicolai Tolentinatis. 10. *Septembris.* Sanctorum *Festa Sixti V.*

Ia-

Ianuarij Episcopi, & Sociorum 19. *Septembris.* Sanctorum Placidi, & sociorum Martyrum. 5. *Octobris.* S. Didaci confess. 12. *Nouemb.* quæ omnia debent celebrari secũdum regulas Breuiarii Pij V. nisi aliter in propriis officiis per Romanum Pontificem assignetur.

Quibus operationibus exterioribus officiũ celebretur.

Circa operationes exteriores, est etiam aduertendum: quod voce sonora, & alta, laudatur Dominus; instar Elogii Dauidici, præcipientis. Cantate Domino canticum nouum, & benè psallite ei in vociferatione, & etiam alio Psal. inquit. Iubilate Deo in voce exultationis. Vnde Damasus Papa primus instituit, vt Psalmi, die noctuque canerentur per omnes Ecclesias, *cap. dolentes, de celebrat. Miss. can. si quis Presby.* 92. *d. Clem.* 1. *de celeb. Miss.* præcipitur, vt diuinũ officiũ alta, & sonora voce celebretur: vt qui verbis non compunguntur, suauitate modulaminis moueantur. Vnde D. August. *in lib. confes. inquit.* Consuetudinẽ canendi probat ecclesia, vt per oblectamenta aurium, infirmior animus

Psal. 46.

Cantus institutio.

mus ad effectum pietatis assurgat. Hinc introductũ est, vt ordinandi examinẽtur in cantu, & debet ordinandus scire cantũ, saltem harmoniacum in tono; & cũ de iure nihil sit determinatũ, relinquitur hoc arbitrio ordinarii. De cãtu videndi sunt Nauar. *in cap si quando, de rescript. except.* 11. *& cap.* 18. *de orat. & horis canon. n.* 72. Henrique Henriquez, *in altera parte Theologiæ moralis, lib.* 6. *c.* 31. §. 8. *Oeconom. can.* §. 3. *Ration diuin. effic. lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 65. *& lib.* 2. *cap.* 2. Soto *lib.* 6. *de iust. & iur. quæst.* 7. *art.* 1. *conclus.* 3. *& lib.* 10. *quæst.* 5. *artic.* 2. D. Thom. 2. 2. *q.* 61. *art.* 2. *Ordinandus sciat cantum.*

In recitandis horis; nullo iure diuino, describuntur nobis aliqui gestus, aut corporis habitus, quibus orare aut recitare teneamur; sed, cum sint introducti ab vniuersali consuetudine, erit seruãda cõsuetudo prouinciæ, seu ecclesiæ. Aptissimè tamen, corporis gestus diuersi, ad significandũ adhibẽtur; nam curuatione genuum, vera humilitas, & reuerẽtia repręsentatur: expansione manuum, crudelis *Corporis gestus aut habitus ad orandum.*

passio

Ianuarij Episcopi, & Sociorum 19. *Septembris.* Sanctorum Placidi, & sociorum Martyrum. 5. *Octobris.* S. Didaci confess. 12. *Nouemb.* quæ omnia debent celebrari secũdum regulas Breuiarii Pij V. nisi aliter in propriis officiis per Romanum Pontificem assignetur.

Quibus operationibus exterioribus officiũ celebretur.

Circa operationes exteriores, est etiam aduertendum: quod voce sonora, & alta, laudatur Dominus; instar Elogii Dauidici, præcipientis. Cantate Domino canticum nouum, & benè psallite ei in vociferatione, & etiam alio Psal. inquit. Iubilate Deo in voce exultationis. Vnde Damasus Papa primus instituit, vt Psalmi, die noctuque canerentur per omnes Ecclesias, *cap. dolentes, de celebrat. Miss. can. si quis Presby.* 92. *d. Clem.* 1. *de celeb. Miss.* præcipitur, vt diuinũ officiũ alta, & sonora voce celebretur: vt qui verbis non compunguntur, suauitate modulaminis moueantur. Vnde D. August. *in lib. confes. inquit.* Consuetudinẽ canendi probat ecclesia, vt per oblectamenta aurium, infirmior animus

Psal. 46.

Cantus institutio.

mus ad effectum pietatis assurgat. Hinc introductũ est, vt ordinandi examinẽtur in cantu, & debet ordinandus scire cantũ, saltem harmoniacum in tono; & cũ de iure nihil sit determinatũ, relinquitur hoc arbitrio ordinarii. De cãtu videndi sunt Nauar. *in cap si quando, de rescript. except.* 11. *& cap.* 18. *de orat. & horis canon.* n. 72. Henrique Henriquez, *in altera parte Theologia moralis, lib.* 6. *c.* 31. §. 8. *Oeconom. can.* §. 3. *Ration diuin. effic. lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 65. *& lib.* 2. *cap.* 2. Soto *lib.* 6. *de iust. & iur. quæst.* 7. *art.* 1. *conclus.* 3. *& lib.* 10. *quæst.* 5. *artic.* 2. D. Thom. 2. 2. *q.* 61. *art.* 2. *Ordinandus sciat cantum.*

In recitandis horis; nullo iure diuino, describuntur nobis aliqui gestus, aut corporis habitus, quibus orare aut recitare teneamur; sed, cum sint introducti ab vniuersali consuetudine, erit seruãda cõsuetudo prouinciç, seu ecclesię. Aptissimè tamen, corporis gestus diuersi, ad significandũ adhibẽtur; nam curuatione genuum, vera humilitas, & reuerẽtia repręsentatur: expansione manuum, crudelis *Corporis gestus aut habitus ad orandum.*

passio

passio Christi, & obedientia illi debita significatur: tunsione pectoris, pœnitentia debita insinuatur. In recitandis horis canonicis, pauca sunt statuta, & determinata, sed consuetudine sunt aliqua introducta; vt scilicet, quando legitur *Euang. in Miss.* stemus erecti: quod tempore inter Pascha & Pentecostes decurrente, non flectamus genua. *Can. quoniã* 10. *de consec. dist* 3. Et quod in eleuatione Eucharistiæ, adoremus Dominum humiliati. *c. sanè. de celebr. Miss.* Et ad versum Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, omnes assurgant, vt habetur in *Concil. Basil. Sess.* 21. stamus etiam erecti ad collectas, hymnos, capitula, versus, & ad initia horarum cum dicitur. Deus in adiutorium meum intende. ad cantica, Nunc dimittis, Benedictus, Magnificat, & Benedicite omnia opera Domini. Ad Psalmos, Laudate pueri Dominum, Ecce nunc benedicite, ad Venite exultemus; Ad Symbolum Athanasii. Quicunque vult, ad hymn. Te Deum laudamus

mus, & ad verſ. Quos precioſo ſanguine redemiſti; humiliamur, & ad verſic. Venite adoremus, & procidamus ante Deum. Et ad preces horarias, tempore ieiunii: & cum dicimus antiphonas Beatæ Mariæ in fine horarum, ſcilicet, Alma Redemptoris mater, Aue Regina Cœlorum, & Salue. Quæ omnia ſupradicta debent ſeruari, quando horæ canonicæ in choro, & publice celebrantur, vel eſt ſeruanda conſuetudo Eccleſiarum.

3. Et vltimo modo, poteſt conſiderari modus orandi, circa operationes interiores, ſcilicet, circa attentionem, & deuotionem: nam attentio, in horis canonicis, eſt ſub præcepto, probatur *ex cap. dolentes, de celeb. Miſſ.* ibi ſtudioſe celebrent pariter, & deuote, patet ex D. Pauli ſententia. Cantantes & pſallentes in cordibus veſtris Domino. *Canon. cantantes. 92. diſtinct.* vnde quidam Chriſtianus Poeta hæc condidit carmina.

Attentio in horis canonicis.

Ad Eph. 2.

Non vox, sed votum, non cordula musica, sed cor;
Non clamans, sed amans, cantat in aure Dei.

Sunt denique mente tenenda verba eximii prædicatoris D. Bernardi, *serm.* 13. *super Cantica.* Immolantes hostias laudis, iungamus verbis sẽsum, sensui affectũ, affectui exultationẽ, exultationi grauitatem, grauitati humilitatem, & humilitati libertatem.

De attentatione orandi, sunt videndi Sanctus Anto. 3. *p. tit.* 13. *cap.* 3. §. 8. Naua. *de orat. cap.* 13. Medin. *tract.* 6. *de orat. quæst.* 5. Angles *quæst.* 5. *de orat.* Catechis. Roma. 4. *p. cap.* 4.

SECTIO VII.

De Priuilegijs Clericorum.

DIctum est, qua via, & qualiter, clericus euehatur ad sacerdotii culmen, & quibus dotibus illustretur, in quibusue instructus, & doctus, ante conspectum præsidis apparere debeat. Nunc

Nunc autem à quibus oneribus, quæ publica auctoritate impenduntur, sint expertes, breuitate solita explanare curabo.

Appellatione clericorum, qui clerici comprehendantur?

Appellatione clericorum, qui clerici comprehendantur, enumerat *text. in §. cleros, versicul. generaliter. 21. distinctio.* vbi generaliter clerici nuncupantur omnes, qui in Ecclesia Christi deseruiunt, quorum gradus, & nomina sunt, Ostiarius, Psalmista Lector, Exorcista, Acolitus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, & Episcopus. Sed tonsurati, & in minoribus constituti, fori priuilegio non gaudent, nisi habitum, & tonsuram deferant clericalem. Concil. Tridentin. *Sess. 23. cap. 6. de reformat.*

Tonsurã, & habitum non deferens, non gaudet fori priuilegio.

Hoc idem etiam in aliis ordinibus procedere, determinat Clemens Septimus, *in clemen. vnica, de vita, & honest. clericor. & tenet ibidem glos. in verb. canonic.* Quia clericus, qui non incedit in habitu, & tonsura, videtur indignus piruilegio clericali; maximè si se immisceret enormibus. *c. cum non*

*ab homine.*10. *de iudit. c. perpendimus.* 23. *de sentent. excommunic. cap. ex parte. Clem.*3. *de priuil.*

Priuilegia concessa clericis, & ordini clericali sunt multa, quæ etiam sunt approbata. Concil. Triden. *Sess.* 25. *cap.* 20. *de reform.* quæ priuilegia consistunt, tam in spiritualibus quam in temporalibus.

Habent potestatẽ absoluendi. Primum est in spiritualibus, quod non potest concedere nisi solus Deus, vel eius vicarius, illud scilicet. Quodcunque solueris super terram erit solutum, & in cœlis, &c. & hoc priuilegium competit solis sacerdotibus.

Matt. 18.
Ioan. 20.

Iudicare possunt clerici. 2. Priuilegium est, quod in omnibus dubiis iuris, quæ per inferiores, ratione iurisdictionis humanæ, terminari non possunt, ad Ecclesiam recurritur, *cap. per venerabilem* 13. *circa finem*, qui filii sunt legitimi. Sic etiam Propheta prædixit. Cum fuerit controuersia inter vos, stabunt in iudiciis meis, & iudicabunt.

Ezech. 44.

Decima ... cle-r. 3. Priuilegium est, de decimis, & primitiis, & oblationibus, quæ sunt

ſunt clericorum, *Can. reuertimini.* 16. *quaſt.* 1. *cap. tua* 25. *de decimis.*

4. Quia ſola eccleſia & perſona eccleſiaſtica, eccleſiaſticas res miniſtrare poteſt, & de ſpiritualibus ius ſtatuere. *Can.* 1. *can. ſi Imperator. Can. cum ad verum. can. deniq;* 96. *diſt.*

Solū perſona Eccleſiaſtica miniſtrare poſſunt ſpiritualia.

5. Quia percutiens clericum, eſt excommunicatus, ipſo iure. *ſi quis ſuadente.* 17. *quaſt.* 4. & ipſo facto.

Percutiēs clericum, eſt excommunicatus.

6. Quia ſolum clerici poſſunt obtinere beneficium eccleſiaſticum, *c. ex literis* 6. *extra de tranſact. Conc. Trid. Seſſ.* 23. *cap.* 6. *de reform.*

Beneficia eccleſiaſtica, ſolum clerici poſſunt obtinere.

7. Priuilegium eſt, quia clerici non poſſunt conueniri coram iudice ſeculari. *cap. ſi deligenti,* 12. *de foro comp. cap. cum non ab homine,* 10. *de iudic.*

8. Priuilegium eſt, quod clerici coram ſuo Epiſcopo & ordinario, poſſunt conueniri. *Can. inclita. placuit.* 11. *quaſt.* 1. *& non coram alio.*

Serui & clericorū famuli gaudent priuilegio fori.

9. Quod ſerui, mancipia, & famuli perpetui eccleſiarum, ac

ab homine.10. *de iudit. c. perpendimus*. 23. *de sentent. excommunic. cap. ex parte. Clem*.3. *de priuil.*

Priuilegia concessa clericis, & ordini clericali sunt multa, quæ etiam sunt approbata. Concil. Triden. *Sess*. 25. *cap*.20. *de reform*. quæ priuilegia consistunt, tam in spiritualibus quam in temporalibus.

Habent potestatē absoluendi. Matt. 18. Ioan. 20. Primum est in spiritualibus, quod non potest concedere nisi solus Deus, vel eius vicarius, illud scilicet. Quodcunque solueris super terram erit solutum, & in cœlis, &c. & hoc priuilegium competit solis sacerdotibus.

Iudicare possunt clerici. 2. Priuilegium est, quod in omnibus dubiis iuris, quæ per inferiores, ratione iurisdictionis humanæ, terminari non possunt, ad Ecclesiam recurritur, *cap. per venerabilem* 13. *circa finem*, qui filii sunt legitimi. Sic etiam Propheta prædixit. Ezech. 44. Cum fuerit controuersia inter vos, stabunt in iudiciis meis, & iudicabunt.

Decimæ sunt clericorum. 3. Priuilegium est, de decimis, & primitiis, & oblationibus, quæ sunt

sũnt clericorum, *Can. reuertimini.* 16. *quæst.* 1. *cap. tua* 25. *de decimis.*

4. Quia sola ecclesia & persona ecclesiastica, ecclesiasticas res ministrare potest, & de spiritualibus ius statuere. *Can.* 1. *can. si Imperator. Can. cum ad verum. can. deniq.* 96. *dist.*

Solũ persona Ecclesiastica, ministrare possunt spiritualia.

5. Quia percutiens clericum, est excommunicatus, ipso iure. *si quis suadente.* 17. *quæst.* 4. & ipso facto.

Percutiẽs clericum, est excommunicatus.

6. Quia solum clerici possunt obtinere beneficium ecclesiasticum, *c. ex literis* 6. *extra de transact. Conc. Trid. Sess.* 23. *cap.* 6. *de reform.*

Beneficia ecclesiastica, solum clerici possunt obtinere.

7. Priuilegium est, quia clerici non possunt conueniri coram iudice seculari. *cap. si deligenti,* 12. *de foro comp. cap. cum non ab homine,* 10. *de iudic.*

8. Priuilegium est, quod clerici coram suo Episcopo & ordinario, possunt conueniri. *Can. famuli inclita. placuit.* 11. *quæst.* 1. *& coram alio.*

Serui & clericorũ famuli non gaudent priuilegio fori.

9. Quod serui, mancipia, & famuli perpetui ecclesiarum, ac

clericorum gaudent priuilegio fori: vt pro rebus clericorum, & ecclesiæ, non possint coram seculari iudice conueniri. *Can. ecclesiarum seruos.* 12. *quæst.* 2. *can. iudicatum.* 89. *dist. l.* 1. *&* 2. *C. de Episc. & cler.*

Statutori contra clericos sunt excõmunicati.

10. Quod facientes seruari statuta, contra libertatem ecclesiasticam, & statuarij, & scriptores statutorum, & potestates, consules, rectores, consiliarii locorum, sunt excommunicati. *cap. nouerit.* 49. *de sent excommunic.*

Collegiũ possunt facere clerici.

11. Priuilegium est, quia clerici possunt facere collegium. *arg. ca. fi. de religiosis domibus*, vbi solum noua religio prohibetur, & tamen laicis hoc non licet sine consensu superiorum. *l.* 1. *ff. de Collegij illicit. & corpor.*

Pater in necessitate non potest vẽdere filium clericum.

12. Nam licet aliàs pater in necessitate famis, possit vendere filium. *lib.* 2. *C. de patribus qui filios distraxerunt:* tamen pater non potest vendere filium Clericum.

Tutelam non coguntur

Decimum tertium priuilegium est: nam clerici non coguntur suscipere tutellam. *Can.* Cyprianus 21. *quæst.*

21. *quæst.* 3. licet volentes admittatur. *cã fin.* 86. *dist. l. generaliter* 40. C. *de Ep. & cler. c. generalit.* 16. *q.* 1. *suscipere clerici.*

14. Quia, per literas & rescriptum impetratum contra laicos, cum clausula generali, non possunt per tale rescriptum clerici conueniri. *cap. sedes* 15. *de rescriptis.* *Non possunt conueniri rescripto generali.*

15. Quia clerici non tenentur soluere sportulas, scilicet decimam partem litis. *cap. cum ab omni.* 10. *de vit. & honest. cler.* *Sportulas non soluunt clerici.*

16. Quia laici regulariter non admittuntur, ad accusandum clericos. *cap. cum P. Manconella.* 10. *de accus. cap. de cetero* 14. *de testibus.* 2. *quæst.* 7. *can.* 1. 2. & 3. *cap. beatus* 6. *q.* 1. & 11. *q.* 1. *can.* 2. *Laici non admittũtur ad accusandũ clericos.*

17. Priuilegium est, nam clerici ecclesiæ, ecclesiasticæq; personæ à tallis, gabellis, exactionibus, & collectis laicorum sunt immunes *cap. non minus* 4. *de immunit ecclesi. cap. quanquam.* 4. *de censibus in* 6. *l. placet. C. de sacrosanct. ecclesi. canonicata in canone generaliter.* §. *placet* 16. *quæst.* 1. Idem etiam in veteri testamento concessum constat. *Gabellas non tenẽtur soluere clerici.* Gen. 47. Esdr.

clericorum gaudent priuilegio fori: vt pro rebus clericorum, & ecclesiæ, non possint coram seculari iudice conueniri. *Can. ecclesiarum seruos.* 12. *quæst.* 2. *can. indicatum.* 89. *dist. l.* 1. *&* 2. *C. de Episc. & cler.*

Statutori contra clericos sunt excōmunicati.

10. Quod facientes seruari statuta, contra libertatem ecclesiasticam, & statuarij, & scriptores statutorum, & potestates, consules, rectores, consiliarii locorum, sunt excommunicati. *cap. nouerit.* 49. *de sent excommunic.*

Collegiū possunt facere clerici.

11. Priuilegium est, quia clerici possunt facere collegium. *arg. ca. fi. de religiosis domibus*, vbi solum noua religio prohibetur, & tamen laicis hoc non licet sine consensu superiorum. *l.* 1. *ff. de Collegij illicit. & corpor.*

Pater in necessitate non potest vēdere filium clericum.

12. Nam licet aliàs pater in necessitate famis, possit vendere filium. *lib.* 2. *C. de patribus qui filios distraxerunt*: tamen pater non potest vendere filium Clericum.

Tutelam non coguntur

Decimum tertium priuilegium est: nam clerici non coguntur suscipere tutellam. *Can.* Cyprianus 21. *quæst.*

21. *quaest.* 3. licet volentes admittatur. *cā fin.* 86. *dist. l. generaliter* 40. *C. de Ep. & cler. c. generalit.* 16. *q.* 1. *suscipere clerici.*

14. Quia, per literas & rescriptum impetratum contra laicos, cum clausula generali, non possunt per tale rescriptum clerici conueniri. *cap. sedes* 15. *de rescriptis.* *Non possunt conueniri rescripto generali.*

15. Quia clerici non tenentur soluere sportulas, scilicet decimam partem litis. *cap. cum ab omni.* 10. *de vit. & honest. cler.* *Sportulas non soluunt clerici.*

16. Quia laici regulariter non admittuntur, ad accusandum clericos. *cap cum P. Manconella.* 10. *de accus. cap. de cetero* 14. *de testibus.* 2. *quaest.* 7. *can.* 1. 2. & 3. *cap. beatus* 6. *q.* 1. & 11. *q.* 1. *can.* 2. *Laici non admittūtur ad accusandū clericos.*

17. Priuilegium est, nam clerici ecclesiæ, ecclesiasticæq; personæ à tallis, gabellis, exactionibus, & collectis laicorum sunt immunes *cap. non minus* 4. *de immunit eccles. cap. quanquam.* 4. *de censibus in* 6. *l. placet. C. de sacrosanct. eccles. canonicata in canone generaliter.* §. *placet* 16. *quaest.* 1. Idem etiam in veteri testamento concessum constat. *Gabellas non tenētur soluere clerici.* Gen. 47. Esdr.

Ad bellũ ire non debent.

18. Priuilegium est, quia clerici non tenentur in persona ire ad bellum. *can. si quis. 36. dist.*

19. Priuilegium est, quod clerici non tenentur in propriis domibus, hospitio milites accipere: nec eis lectulos & aliàs res ipsorum, ipsis inuitis præstare. *Abb. in cap. cum ecclesia. de immunit. eccles.*

Debitor clericus non tenetur nisi in quantum facere potest.

20. Priuilegium est; nam clericus debitor, habens beneficium, non tenetur nisi in quantum facere potest (deducto negent.) Et licet teneatur sub iuratoria cautione: promittere solum tenetur de soluẽdo si ad pinguiorem fortunam deuenerit. cap. Odoardus. 5. *de solutionibus.* non tamen potest compelli ad cessationem bonorum.

21. Quia clericus pro debito ciuili, non potest incarcerari. *cap. si clericus. 15.* (à contrario sensu) *de senten. excom. in 6.*

Breuiarium à clerico non est aufe-

22. Priuilegium est, quia breuiarium non est auferendum clerico, pro executione iudicati, sicuti nec militibus arma, nec scholaribus

laribus libri. *glos. in l. nepos proculo. in ver. dignitate. ff. de verb. signif.* *rendit pro debito.*

23. Priuilegium est, quia licet Clericus contra clericum, contra quem procedirur de delicto, extarent indicia quæcunque sufficientia ad torturam: tamen ipse clericus torqueri non potest. *Felin. in cap. veniens. colum. 2. de testibus.* *Clericus torqueri non debet.*

24. Quod mutilati membris & corpore vitiati, non possunt in causa criminali testificari contra clericum: nam tales testes requiruntur, quales ad sacerdotium eligi debent. *can. ipsi Apostolici. cum can. sequen. 2. quæst. 7.* *Testes cōtra clericum integri corpore sint.*

25. Quia licet filii, propter crimen læsæ Maiestatis commissum per patrem puniantur: *vt in l. quis. quis. C. ad legem Iul. Maiest. tamen clerici non puniuntur pro patre.* *Clerici nō puniūtur pro delicto patris.*

26. Quia licet filius in potestate patris constitutus, si committat vnam ex causis ingratitudinis cōtentis in §. aliud quoque, in Autentico, vt cum de appellatione cognoscitur col. 8. possit exhæredari à patre: tamen si talis filius, post commissam causam ingrati- *Clerici nō possunt exhæredari à patre.*

tudinis, effectus sit clericus: non potest exhæredari à patre. *can. non liceat.* 1[illegible]. *quæst.* 4.

27. Quia statuta laicorũ non ligant clericos, de quo latè Doctores *in cap. ecclesia sancta Maria, de constitut.*

28. Est, quod clericis non debet solemnis pœnitentia imponi. *can. confirmandum* 50. *dist.*

Succurrere tenetur quis clerico vi, eu violentia oppresso.

29. Quia licet de iure ciuili, extraneus non teneatur extraneo oppresso auxilium præstare, ita quod non præstando; veniat puniendus; tamen quilibet debet succurrere clerico, qui violentium patitur, saltem clamando. *cap. quãta.* 47. *& ibi glos. de sent. excom.*

30. Clericus habet omnia priuilegia concessa militibus armatæ militiæ. *l. miles. ff. de re. in vbi Isa num.* 11.

Sacerdotalis dignitas.

31. Priuilegium est, quia sacerdotes dicuntur esse in dignitate: & dicitur sacerdos dignior quolibet principe. *cap solitè.* 6. *de maiorit. & obedien.* & est dignior laico quocunque. *arg. text in can. cum ad verum,* 96. *distinct.* & est

maior,

maior, quacunque dignitate laicali. Dicuntur in sacra Scriptura Reges, Angeli, & Dij. Ab appellatione etiam egregiarum personarum, venit hoc nomen sacerdos. *l. nec honore 7. l. si quis 10. C. de Episc. & cler.* Sap. 6. 21. Mal. 2. 7. Ps. 81. 6.

Hæ sunt principales & præcipuæ prærogatiuæ clericis concessæ, vt ergo tantis perfrui mereamur insigniis, nostræque dignitati respondeamus: cum in sortem Domini simus vocati & electi: pro virili contendamus diuinæ sortis participes, atque æternæ gloriæ consortes fieri. Amen.

SECTIO VIII.

De Vsuris.

CAPVT I.

De vsuræ essentia.

Vsuræ definitio. VSura est pretium vsus rei mutuò datæ, voluntariè receptum, principaliter separatum seu intentũ, hæc est optima definitio, singulæq; partes sunt explicandæ.

Pretij nomine Dicitur in definitione (pretiũ) siue illud sit pecunia, seu aliquid

omnia pecunia extimabilia intelliguntur.

pecunia æstimabile. *vt in §. item pretium: instit. de emptio. & vend.* & ibi Sabinus & Casius, etiam in alia re, putant pretium consistere; nam quod accedit sorti, siue sit pecunia, siue æstimabile pecunia, vsura est, vt ex D. Ambros. *ref. text. in cau. plerique hac cau & q inquit.* Et esca vsura est, & vestis vsura est, ac quodcunque sorti accedit, vsura est, quod velis ei nomen imponas, vsura est. dicitur (pecunia æstimabile) ad differentiam bonorum pretio non æstimabilium; quale est spirituale bonum, vt meriti, & gratiæ. Quare si quis mutaberit, vt sacramentum, vel aliquod spirituale recipiat; potius simoniacus quam vsurarius iudicandus erit.

Vsura in bonis pretio æsti mabilibus consistit.

Dicitur (vsus) ad differentiam contractus emptionis & venditionis; vbi non pro vsu tantum, sed pro ipsa re datur pretium, vt *vt in §. cum autem. institu. de emptio. & vendi.* Dicitur (mutuatæ rei) quia solum in mutuo reperitur vsura: quod consistit in rebus, vsu ipso consumptibilibus: vt sunt

Vsura differt à contractu emptionis & venditionis.

Vsura solū in mutuo reperitur.

sunt pecunia, vinum, oleum, & huiusmodi; in quibus mutuum cadere potest *in princ. instit. quibus modis re contrahitur, obligatio. l. mutuum. §. mutui lib. 12. ff de rebus credi. si certum petatur.* Ex quo transfertur dominium rei mutuatæ in mutuatarium, vt *in l. mutuum. § appellata. ff. de rebus credit. l. 1. §. mutui datio. ff. de actioni. & obligatio. lib.* 44. ibi mutuum dicitur, quia de meo tuum fit.

Hinc colligitur manifesta vsuræ nequitia; nam cum res mutuo data, transeat in dominium mutuatarii & sua fiat, iniquum est vt quis fructum ex re alterius consequatur.

Vsura mentalis prohibita.

Dicitur (voluntariè receptum) ad includendam mensuram mentalem; nam si quis ea intentione mutuauerit, vt aliquid vltra sortem recipiat, vsurarius erit. *cap. consuluit de vsuris*, & refertur, ad voluntatem præcedentem mutuum vel subsequentem.

Dicitur (principaliter separatum seu intentum) nam vsurarius primo intendit sibi restitui rem

mutuatam; & exinde aliquid separatum à principali.

Ad vsuram quinque referūtur.

Quinq; ad vsuram requirūtur. Primum necessarium est, vt interueniat mutuum : differt autem mutuum à commodato : nam in cōmodato non transfertur rei dominium, sed vsus rei tātummodo accommodatur vt res ipsa postea reddatur : at in mutuo, rei dominium transfertur, nec eadem in specie redditur : vbi ergo commodatum est, nec mutuum interuenit : vsura non est.

Mutuum differt a commodato.

Lucrum dicitur. Secundum requisitum est, vt intercedat lucrum aliquod ipsius mutuantis, vltra sortem. Et nota, lucrum dici, cum quis habet seu acquirit quod aliàs suum non erat, vnde, si accidat, aliquid in mutuo vltra sortem accipere, quod tamen aliàs ipsius mutuantis erat : vsura non est. v. g. si mutues mille aureos alicui, vt tribuat tibi decem millia, quæ tibi aliàs debebat & nolebat soluere : non est vsura. Non enim est lucrum : cum tua sint illa : secus, si peteres ante tempus debitum illa soluēdi : tunc

enim

enim lucrum est. Rursus si alicui mutues, vt tibi non noceat in his, in quibus secundum iustitiam, alias tenebatur non nocere, vsura non est: quia tuum ius acquiris; atque hoc pacto ad redimendam vexationem mutuare, non est vsura, cum vere lucrum non sit.

Tertium. Istud lucrum debet esse rei æstimabilis pecunia: si vero non æstimatur pecunia non est vsura, vt si mutues alicui, vt tecum amicitiam habeat, non est vsura qui amicitia non solet vendi, siue pecunia æstimari: secus, si mutuares, vt satisfactionem tibi remitteret iniuriæ à te illatæ, vsura hæc est, nam talis iniuria pecunia æstimabilis est, & pecunia sæpius satisfactio ipsa fit. *Lucrum debet esse pecunia æstimabile.*

Quartum necessarium est, vt istud, lucrum proueniat ratione ipsius mutui; cum autem ob aliam causam datur, non est vsura. Sicque excusatur ab vsura qui ratione damni emergentis, seu lucri cessantis aliquid accipit in mutuo, vltra sortem. *Lucrum in vsura debet prouenire ex mutuo.*

Quin-

Quod libere & sponte datur non est vsura.

Quintum opus est, vt principaliter ob mutuum, tale lucrum proueniat: si vero non principaliter ob id prouenit, non est vsura. Atque sic ab vsura excusatur, qui alicui mutuat, qui omninò libere ac spontè, ex gratitudine aliquid vltra sortem dat: si verè ita sit nullaque obligatio intercedat, sed absoluta animi gratitudo, non esset vsura accipere: quia non principaliter ob mutuum prouenit, sed ob alterius gratitudinem. Sunt ergo quinque prædicta ad vsuram necessaria, & in prædicta definitione omnia apertè continentur. Vsura autem peccatum est mortale: & contrarium asserere hæreticum est. Ita habetur *cap. quia, & cap. super eo, de vsur. omniq; iure prohibita.*

Vsura alia mentalis, & alia realis.

Vsura diuiditur in mentalem & realem. Vsura realis dicitur, quæ ex pacto tacito & expresso, recipitur: Mentalis vero vsura est, quæ accipitur sine pacto expresso nec tacito ex mutuo facto; intentione tamen principali recipiendi eam, iuxta omnium mentem in

cap.

cap. consuluit, de vsur. & cap. fin. de Simon.

Notandum est, aliud dici peccatum vsuræ: & aliud vsura mentalis. Vsura quippe mentalis est illa quæ supra proximè definitur. Peccatum autem mentale vsuræ est voluntas exercendi seu recipiendi vsuras, receptione non secuta, neque opere consecuto.

Aliud est peccatum vsuræ: & aliud vsura mentalis.

CAPVT II.

Quando liceat vltra sortem quid recipere.

PRimo, quando ecclesia accipit in pignore à vasallo suo feudum, quod ab eadẽ tenet: ita tamen vt vasallus interim non remaneat obligatus ad feudum seruiendum, vt habetur de feudis. *cap. 1. & infra eodem cap. conquestus.*

Ecclesia accipiens in pignore feudum, facit fructus suos.

Secundo, quando socer in pignus tradidit suo genero, pro quantitate dotis, possessionem aliquam fructiferam: hic enim non computantur genero fructus in.

Gener pro dote non soluta recipit interesse.

in sortē, & ratio est quia plerumque non sufficiunt fructus ad matrimonii onera supportanda, *vt infra eod. tit. cap. salubriter.*

Clericus redimens à laico possessione facit fructus suos.

Tertio, quando clericus redimit à laico possessionem temporalem: ab ecclesia, cuius est res, sibi non beneficio assignatam, & laicus male tenet: siue feudum quod habet obligatum ecclesia, nomine ecclesiæ, sic debet intelligi infra. *eod. cap. 1. §. vlt. & cap. conquestus.*

Gratis datum sine vsura recipitur.

Quarto, quando sine omni pacto, gratis oblatum præstatur. Caueas tamen de intentione praua: quia si illam haberes principaliter, in foro pœnitentiali inducendus es, vt illud, quod vltra sortem recepisti reddas; *vt infra eod. consuluit, & cap. in ciuitate.*

Cōmodās pecuniam ad pompā, licitè recipit inter esse.

Quinto, quando pecunia ad pompam commodatur. *ff. cōmodati l. 3. § penult. & l. sequent.*

Pro labore licite recipitur interesse.

Sexto, si is, qui mutuauit, occasione mutui, laborem subiit, in cuius compensationem fructus perceptos suos facit, *vt supra de*

de reb. Eccles. non alien. capit. ad nostram.

Septimo, quando nomine pœnæ promittitur: dummodo non fiat in fraudem vsurarum 12. *q.* 2. *fraternitas. & cap. in legibus, & sup. de arbit. dilecti in fine.* *Pœna nomine licet recipere.*

Et tandem ratione lucri cessantis seu damni emergentis. Damnum emergens dicitur nocumentũ illud, quod mutuans directè & per se, ratione mutuationis, patitur. v. g. Habebat Petrus paratam pecuniam, ad reficiendam domũ suam, quæ minabatur ruinam: aut ad comparandam annonam, mense Augusti: postulat illam Ioannes ab ipso mutuo, propter quod nec domum suam refiere; nec annonam, tempore commodo, parare valet. Si domus illa deinde ruat, vel frumentum carius vendatur, huiusmodi nocumenta, quæ Petrus, re vera, non fuisset passus, nisi Ioanni mutuasset suam pecuniam, dicuntur damnum emergens. Si vero iactura sit interesse, quod quis pecunia mutuata, poterat lucrari, dicitur lucrum ces- *Ratione lucri cessantis & damni emergẽtis, licet accipere aliquid.*

cessans: id enim; quod quis sua industria acquirit, lucrum nuncupatur: quando vero, ab eo acquirendo desistit, cessare dicitur.

Conditiones lucri cessantis, vel damni emergentis.

Sed notandum est, ad hoc vt possit mutuans, ratione damni emergentis aut lucri cessantis, aliquid vltra sortem accipere, adimplendas esse sequentes conditiones, & seruandas.

Prima cõditio.

Prima conditio est, vt damnum sit certum, & lucrum proximum, vnde si damnum euenturum certum non est, & lucrum cessare, est contingens; non licet pretium recipere.

Secunda conditio.

2. Conditio est, vt damnum proueniat, vel lucrum cesset ex mutuo; aliàs non licite reciperetur aliquid vltra sortem.

Tertia cõditio.

3. Conditio, vt moneatur mutuatarius de eo damno: quia fortassis, si mutuatarius sciret tale damnum esse resarciendum, pecuniam ab alio quæreret, nam si sciret cum tantis expensis, sibi esse mutuò dandum: seu non acciperet, vel aliunde mutuum, sine emergenti damno quæreret.

4. Con-

4. Conditio, vt mutuator non habeat aliam pecuniam ad mutuandum, nec ad negotiandum: tunc enim ratione mutui (quando aliam pecuniam habet) lucrum non cessat: & ex consequenti nec debet, nec potest, aliquid vltra sortem recipere. *Quarta conditio: lucri cessante.*

5. Conditio est, vt mutuator dandis vsuris non sit assuetus: quia ex tali consuetudine præsumeretur voluntas exercendi vsuras, hæc tamen conditio non procedit in foro conscientiæ, in quo veritas præualet præsumptioni. *cap. tua. de sponsalib.* sed intelligendum est, supradictam conditionem procedere, quando mutuans ab hoc, incurrit infamiam & notam vsurarij: quia cum ab omni specie mali sit abstinendum, ex D. Pauli sententia. *cap. cum ab omni. de vita & honestate clericor.* nam famam tenetur quis conseruare, quando alicui est necessaria & vtilis: imo illa prodere, vt in posito casu, esset mortale peccatum. Iuxta ea, quæ notat *glos. in can. si sacerdotibus.* 15. *qu.* 6. nam *Quinta conditio.* 1. Thes. 5.

Famā qui negligit crudelis dicitur. nam qui famam suam negligit crudelis est. ait August. & refert *in can. nolo.* 12. *q.* 1.

Sexta cō-ditio. 6. Conditio est, vt mutuans non recipiat actu statim à principio: lucrum cessans ratio est aperta, quia si mutuanti mihi 100. ego statim conferam, ratione lucri cessantis, 20. reuera tunc non mutuat mihi. 100. sed 80. tantum, quæ nō haberent tantum lucrum cessans vt 100. cum viginti sint pretium lucri cessantis ex 100. & non lucri cessantis ex 80.

Aliæ conditiones lucri cessantis consideranda. Aliæ item conditiones à Doctoribus referuntur, quæ tamen non omninò necessariæ sunt, ad iustitiam huius contractus lucri cessantis, seu damni emergentis: sunt tamen maximè considerationis & seruandæ, si commode seruari possunt. Quæ sunt.

Septima conditio. 7. Conditio est, vt mutuans velit potius alia via lucrari; quam mutuando.

Octaua conditio. 8. Conditio, vt contractus ille tam mutui, quam recipiendi lucrum ex illo cessans, non fiat in perpetuum, sed ad tempus.

9. Quod

9. Quod in tali exactione deducantur, arbitrio boni viri, labores & expensæ, quas mu[illegible]ator in assecutione talis lucri facturus fuisset, referuntur Salon, & alij. *Nona conditio.*

CAPVT III.

De Vsurariorum pœnis.

PRima est, quod ad communionem altaris admittendi non sunt. de vsuris, quia in omnibus. *Non admittũtur ad cõmunionem altaris.*

Secunda, quod sunt infames infamia iuris. C. *ex quibus causis ori. infa. l. improbum fænus.* *Sunt infames.*

Tertia est, quod recipi nõ possint ad suorum peccatorum confessionem; donec de vsuris, secũdum eorum facultatem plenius fuerit satisfactum vel idoneè cautum his, quibus restituendum est, si sunt presentes: seu aliis, qui possent pro eis acquirere: vel eis absentibus, loci ordinario, vel eius vicario, aut presbytero parochiæ, in qua habitat (præsentibus aliquibus fide dignis) facienda *Confessio ipsorum ante restitutionem non recipitur.*

est

est restitutio: vel tabellioni, de mandato ordinarii. Ita quod certa quantitas exprimatur in cautione, si est manifesta & apparet, vel si non apparet manifesta, exprimatur ad arbitrium cautionem recipientis: qui si receperit scienter minorem, de suo ipse tenebitur restituere, multo magis si nullam receperit, & aliàs nullus debet esse testis, in eorum testamentis, neque confessionem recipere, vel impendere absolutionem, seu ad sepulturã recipere: eorumque testamenta, ipso facto, irrita sunt omnia. hæc *in cap. quanquam de vsuris lib. 6.*

Oblatio vsurariorum non admittitur.

Quarta, quia non admittuntur ad oblationem offerendam, de vsuris *cap. quia in omnibus.* Et qui eam receperit suspensus ab officio manere debet: donec ad Episcopi arbitrium satisfaciat. *d. quia in omnibus.*

Non potest cedere bonis.

Quinta est, quia quamuis vsurarius cedat bonis, non habetur ei respectus ne egeat, vt habetur in aliis debitoribus, de sol. Odoardus, & *de pig. cap. 11. & ita*

& ita no. gloss. di. cap. quia in omnibus.

Sexta, quod, nisi satisfecerint, non sepeliantur in ecclesiastica sepultura. *d. cap. quia in omnibus.* Et additur, quod clericus contraueniens, scilicet, in hac pœna, vel priori, est suspensus, ipso facto, à sui officii executione, secundum Panormita. *in d. cap. quia in omnibus.*

Priuatur sepultura.

Septima est, quod nullus debet interesse eorum testamentis, nisi satisfaciant, *vt dicto capite quan quam.*

Testamēti factione priuatur vsurarius

Octaua pœna est, quia si vsurarius soluit alteri vsuras, repetere non potest: nisi prius ipse restituat quas extorsit: aut ille, cuius est hæres, *vt in cap. Michael. eodem titulo.*

Non potest repetere vsuras solutas antequam ipse restituat.

Nona pœna est, quod nulla vniuersitas, collegium, vel singularis persona, vsurarios non oriundos de terris ipsorum, exercentes seu exercere volentes pecuniam funebrem, permittant habitare in terris ipsorum, sed eos expellant; nunquam de cæ-

Non admittūtur vsurarij in locus ad habitandum.

tero admittendos, *vt in c. vsurarum de vsuris. lib. 6.*

Rem cum fructibus tenentur restituere.

Decima est, quia ad modum raptorum & furum, tenentur restituere, non solum rem acceptam pro vsuris, *vt in capit. cum tu. de vsuris.* Sed & fructus perceptos, & qui percipi potuerunt à vero domino: secundũ omnes Doctores, quia est malæ fidei possessor, & sine titulo, vt patet ex dictis.

De foro huius regni vsurarius perdit rẽ mutuo datam.

Et licet nulla lege, vel canone, in corpore iuris clauso, caueatur, vt mutuans ad vsuram, perdat ipso iure, pecuniam, quam mutuo dat, vt refert Nauar. *lib. 5. consil. tit. de vsuris. consil. 10. nu. 2.* tamen de foro nostri Regni Aragonum, & patrio iure, statutum est: vt mutuans non solum vsuram restituat, & supradictis pœnis sit affectus: sed etiam rem mutuatam, & sortem principalem perdat. Et talis pecunia cedit, & acquiritur mutuatario, vt habetur in foro Desseantes *lib. 4. tit. de vsuris.* quæ Decisio est consentanea legibus Castellæ, vt refert Couar. *lib. 3. var. cap. 3. n. 2. versi. iure regio,*

& sic

& sic erit hæc duodecima pœna, & finalis.

SECTIO IX.

De Voto.

VOtum est deliberata promissio, Deo facta. Dicitur (promissio) quia votum promissione perficitur; vnde in scripturis sanctis, cum votum voueris, &c. facies sicut promisisti Domino Deo tuo; & Ecclesi. si quid vouisti Deo, ne moreris reddere, displicet enim ei stulta, & infidelis promissio, est autem ita necessaria promissio, vt quamuis quis proponat ex toto animo, aliquid facere, non obligatur nisi promiserit.

Voti definitio. Deut. 23. Eccl. 5. *Requiritur promissio.*

Dicitur (deliberata) id est perfecta quædam animaduersio, eius quod agitur: talis scilicet quæ in materia praua sufficiat, ad mortale peccatum; & in bona ad meritum. Ratio autem ob quam perfecta deliberatio requiritur, ea est; quia promissio, est quædam lex,

Deliberata promissio ad votum.

atque onus, quod sibi quis imponit vltro, constat vero neminem censeri sibi onus imponere, nisi plene aduertat quod agit. Hinc si quis ex subito animi motu, vel consuetudine, sine perfecta deliberatione, promittat aliquid Deo; non obligatur: vnde Abbas, & Canonistæ *in cap. literaturam de voto* dixerunt, votum primo inchoari, deinde confirmari, & postea consummari, & perfici, inchoatur inquiunt, per deliberationem, cum quis primum decernit polliceri Deo; confirmatur, per propositum, quo quis in animo habet, & statuit vouere, siue promittere: cõsummatur per promissionem, qua quis se Deo obligat.

In momẽto temporis fieri potest.

Non requiritur ad votum solemnitas extrinseca.

Dicitur (Deo facta) nam requiritur, vt ista promissio Deo fiat, mediate, vel immediate, vt quando fit sanctis, mediante sancto fit Deo; ex hoc non requiritur vt votum fiat oris pronuntiatione, testium præsentia, nec aliqua externa solemnitate, quia cum votum fiat Deo, & non homini,

mini, Deus intuetur animum vouentis, & acceptum & ratum habet votum voluntatis deliberatione.

Ad voti validitatem sunt quatuor conditiones necessariæ; prima vt materia voti sit possibilis; secunda vt non sit vana, tertia vt sit bona; quarta vt meliori bono non contraria. *Quatuor requiruntur ad validitatem voti.*

Possibilis debet esse materia voti; promittere impossibile non est votum: impossibile est multiplex, primum quod semper & vbique est impossibile, vt votum de non peccando venialiter, hoc enim nullus viator potest citra speciale priuilegium; alterum impossibile est quod à principio fuit possibile, postea factum est impossibile, vt si quis vouit religionem postea non recipitur propter superuenientem infirmitatem, vel impedimentum perpetuum, non obligatur amplius ad votum. *Possibilis materia Voti.* *Impossibile non obligat.*

Alterum impossibile est respectu personæ, vnde subditus in eo quo est subditus, non potest vo- *Impossibile respectu persona.*

uere vt filiusfamilias, vxor, religiosus, in eo quo subditi sunt non possunt vouere; vt si peregrinationem voueant, vel eleemosynarum largitionem, cũ proprium non habeant, in eo autem in quo subditi non sunt, possunt vouere, vt orationes, corporis afflictiones, ieiunia, & huiusmodi.

Materia vana seu indifferens, non obligat. Secundo debet esse materia non vana, seu indifferens, quæ ad Dei honorem, vel ad salutem animæ ordinatur, vt si quis vouet nunquam equitaturum quia cecidit à mula, vel nũquam nauigaturũ, quia tempestatem fuit passus, vel nunquam manducaturum capita animalium, quia S. Ioanni abscissum fuit caput; hæc non obligant, quia res vanę sunt, ex se; ex aliqua circumstantia possunt esse bona, vt qui vouet non nauigaturum, quia in naui est peccãdi occasio, & sic de aliis.

Materia voti debet esse bona. Tertio, materia voti debet esse bona, vnde vouere quod est peccatum, non est votum, imo peccatum, similiter, vouere rem bonam, propter malum finem, vt qui

qui vouet Deo eleemosynam propter malum finem.

Et meliori bono non contraria.

Quarto, debet esse materia meliori bono non contraria, vt quando ex illa, non potest fieri transitus, ad meliorem statum: vt qui vouit vxorem ducere.

Quot modis votum diuidatur.

Votum solemne, & simplex.

VOtum, primo diuiditur, in solemne & simplex; votum solemne appellatur, cui additur aliqua solemnis traditio, ex parte vouentis; cum acceptatione ex parte Dei per superiores & prælatos, ipsius nomine: quæ fit, vel in susceptione sacrorum ordinum, vel in approbatæ Religionis professione. Votum simplex, in sola traditione, seu promissione ex parte vouentis consistit.

Votum simplex.

Votum simplex est generale, comprehendit omnem promissionem, siue sit castitatis, religionis, ieiunii, orationis, peregrinationis, vel aliquam aliam rem, de meliori bono.

Votum vero solemne solum

Votum solemne. compræhendit, votum Religionis, & quæ ad religionem pertinent, vt votum castitatis, & sic impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum; votum vero simplex impedit contrahendum, non tamen dirimit contractum, cum factum teneat.

Votum personale. Iterum votum diuiditur in personale & reale; votum personale est, quod ad personam vouentis exspectat; vt per eam impleatur. Vt qui vouit castitatem, religionem, ieiunia, orationes, & similia.

Votum reale. Reale quod ad rem pertinet, vt qui vouit eleemosynam; Pater potest vsque ad decimum quartum annum, annullare vota personalia filiorum, non tamen post decimum quartum annum: realia vero potest vsque ad vigesimum quintum.

Votum implicitũ. Diuiditur etiam votum, in explicitum, & implicitum; votum dicitur implicitum, quando expresse non obligatur, sed obligatio intrinsece inest in re, quæ agitur;

tur; huiusmodi est votum sacrorum ordinum, quia quando quis ordinatur obligatur ad castitatem seruandam.

Votum explicitum est, quo quis DEO expressim obligatur. *Votũ explicitum.*

Votum diuiditur etiam in conditionale, pœnale, & absolutum; votum conditionale est, quod sub conditione ponitur, qua impleta, est adimplendum votum, vt si quis vouit religionem si ab aliquo liberetur periculo: adimpleta conditione, & à periculo liberatus, tenetur votum adimplere. *Votum conditionale.*

Votum pœnale quando quis aliquid vouet, certa statuta pœna, si non seruauerit quod promisit; vt si quis proponit, à fornicatione abstinere; & si non se abstinuerit, vouet centum dare; vel tot dies ieiunii; si non se abstinuerit, obligatur voto. *Votum pœnale.*

Votum absolutum est, quod simpliciter fit absque conditione, & pœna; quod diuiditur in temporale, & perpetuum, dicitur *Votum absolutũ.*

perpetuum, quia durat durante vita promittentis, temporale est ad certum, & definitum tempus.

Quot modis vota dissoluantur.

Absolutio, & dispensatio voti.

VOtū dissoluitur tribus modis, absolutione, seu dispensatione, commutatione, irritatione, tunc à voti vinculo quis absoluitur, quando superioris Ecclesiastici auctoritate, vel Romani Pontificis à voto quis liberatur, sed non potest fieri sine iusta causa: possunt autem Episcopi, & prælati circa subditos omnia vota absoluere, seu dispensare in illis, præter quinq; quæ soli Papæ reseruantur; votum simplex religionis, castitatis perpetuæ, Sancti Iacobi, Hierusalem, Sancti Petri Romæ, quæ vota reseruantur Pontifici cum absoluta sunt; cum vero conditionalia, vel pœnalia, pertinent ad Episcopum; cum autem peccatum committitur contra votum, tunc potest à quolibet proprio cōfessore absolui, sed obligatio voti manet in posterum.

Com-

Commutatio est, in aliam rem, siue æquiualentem, seu minorem, mutare: hoc fit priuilegio Apostolico, vt priuilegio Bullæ cruciatæ, seu alio; prælati vero possunt similiter commutare, sed in melius: pro pia auctoritate potest quis votum commutare. *Cõmutatio voti.*

Irritatio est votum factum annullare, vt non sit obligatorium nec verum votum, quomodo pater potest filiorum vota irritare: & prælatus vota inferiorum; quãdo materia est contraria in his in quibus subditus tenetur parere, vt dictum fuit. *Irritatio Voti.*

Notabilia de Voto.

NOn obligat votum de re inutili aut vana, aut maioris boni impeditiua. *Votum de re vana non obligat.*

Votum non obligat, si rem quam voues in finem malum ordinas. Tenetur voto, qui intendit vouere, etiam si non intendat adimplere, peccat qui vouet sine animo se obligandi. *Votum in malum finem non obligat.*

Qui intẽdit vouere tenetur adimplere.

Votum factum metu graui ad id incusso non valet, vt votum puellæ ob metum patris factum.

Votum metu factum non obligat.

Votum factum metu graui non ad id incusso valet, vt votum factum in infirmitate, & in periculo naufragij.

Vouens religionem non præfixo tempore, debet quamprimum potest ingredi.

Irritatur votũ sine causa.

Ad irritandum votum, sufficit voluntas eius, qui potest irritare, etiam si non sit causa.

Votum in religionẽ commutatur.

Omne votum auctoritate iuris, commutatur in religionem, & personalia, professione extinguuntur.

Qui vouit non petere dispensationem voti, potest petere si timet periculum peccandi.

Id in quo est votum commutatum, tanquam votum est seruandum.

Qui potest ex priuilegio in voto dispensare, potest & commutare.

SECTIO

SECTIO X.

De Haresi.

HÆresis, est error pertinax, hominis Christiani, fidei Catholicæ ex parte contrarius; cuius singulę partes erunt declarandæ; ponitur primo (error) quæ est, existimatio veri pro falso, aut falsi pro vero, & sic hæresis, est quidam error, & quædam existimatio, falsi pro vero, aut veri pro falso; nam vbi non est error, in intellectu non est hæresis; vnde si quis ira, vel aliquo motu imaginem Christi conculcauerit, vel fregerit, non est hæreticus; si tamen credidit imagines esse adorandas, quia in intellectu errorem non habet. Dicitur (pertinax) Pertinatia dicitur quando scit esse illud quod affirmat, contra fidem, & adhuc vult illud substinere, & pertinaciter asserere, talis pertinatia est necessaria in hæresi, ita vt quãuis quis teneat cõtra fidei articulos, si ignorabat esse contra Ecclesiam, vel

Definitio hæresis.

Error quid?

Pertinatia quid?

ſcripturam non eſt hæreticus; nam requiritur: quod ſit error contra fidem, aſſertus cum pertinatia, à cognoſcente illum eſſe contra Eccleſiam; vnde multi ruſtici, habentes errores contra articulos fidei, excuſantur, quia ignorant articulos, & ſunt parati obedire Eccleſiæ: ſed à peccato mortali non excuſantur, quia tenentur ſcire articulos, & credere, quæ ab Eccleſia credenda proponuntur.

Hæreſis error hominis Chriſtiani.

Dicitur (hominis Chriſtiani) id eſt baptizati, qui enim nunquam baptizati fuerunt, quamuis errent, & fidei articulos negent, non dicuntur hæretici, cum hæreſis ſit hominis Chriſtiani error.

Dicitur (fidei contrarius) quia non quilibet error, eſt hæreſis, nam errare in ſcientiis, & oponionibus eſt hæreſis, ſed errare in his quæ ſunt fidei, & tenet Eccleſia tanquam de fide.

Negans partem fidei dici-

Dicitur (ex parte) quia partem fidei negans, dicitur hæreticus, nam ſi quis totam fidem negauerit,

rit, non dicitur propriè hæreticus, sed apostata, vel infidelis, vt dicam, nam qui negat aliquam, vel aliquas veritates, fidei Christianæ, vnum vel alterum articulum Ecclesiæ, dicitur hæreticus. *tur hæreticus.*

Hæresis est triplex, interior tantum, cum quis in corde habet aliquem errorem cũ pertinatia, circa materiam fidei, tamen actu aliquo exteriori, non manifestauit talem internum errorem. *Hæresis interior.*

Alia est hæresis exterior tantum, vt cum quis in corde retinet veritatem fidei, sed exterius facit aliquem actum contra fidem, vt manducare carnes diebus ieiuniis, immolare Diis, & hoc metu, vel compulsione facit, tamen in corde retinet veram fidem. *Hæresis exterior.*

Tertia hæresis dicitur exterior, & interior, quando quis coram aliis seu solus negat aliquem fidei articulũ, omnia ista sunt grauissima peccata, sed primũ, & tertiũ faciunt hominem hæreticum, secundum non facit hominem verè hæreticum, cũ fides interior non amittatur: quamuis in foro exte- *Exterior hæresis.*

exteriori (qui de interioribus nihil iudicat) indicaretur talis, & condemnaretur vt hæreticus.

Hæresis occulta per se. Hæresis interna adhuc est duplex, occulta per se, & occulta per accidens: occulta per se est quæ solum in corde, & animo retinetur, & nunquam fuit signo aliquo externo manifestata, & hæc non subiacet excommunicationi; nec talis est excommunicatus, quia excommunicatio cum sit exterior censura Ecclesiæ, non iudicat Ecclesia actus mere internos, & ideo sic hæreticus potest absolui à confessore approbato.

Hæresis occulta per accidens. Alia est hæresis occulta per accidens, quæ est occulta, quia nunquam ab aliquo fuit audita seu cognita, sed ab hæretico verbo scripto seu aliquo alio signo, fuit expressa seu manifestata, licet per accidens ab aliquo non fuit audita, nec intellecta: & talis licet sit occultè hæreticus, est excommunicatus, & vere hæreticus dicitur: cuius absolutio reseruatur Summo Pontifici,

seu

seu Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, vero virtute Concil. Trident. *Sess. 24. cap. 6. de reform.* liceat Episcopis hæreticum sic occultum in foro conscientiæ absoluere, communis est Doctorum sententia affirmatiua, vt post alios referunt Zerola *in praxi Episc. 2. p. ver. absolutio. §. octauo.* quæritur Tolet. *in sum. libro 4.* Thom. Sanchez *cap. 11.* & omnes communiter, non solum hæreticus est excommunicatus, sed etiam fautores, receptores, defensores hæreticorum, ipsorumque libros legentes, vt in Bulla Cœnæ Domini, non tamen isti sunt hæretici si non assentiunt dogmatibus hæreticorum, & eorum opinionibus.

Differunt hæreticus, schismaticus, Apostata, & blasphemus, nam hæreticus est qui habet errorem contrarium fidei, vt dictum fuit. *Hæreticus quis.*

Apostata est qui habet errorem toti fidei Christianæ contrarium, vt cum quis negat Christum, & eius legem, & conuertitur *Apostata quis.*

titur ad sectam aliquam infidelium; vnde apparet esse maius peccatum apostasia quam hæresis; vnde apostasia dicitur retrocessio, & apostata quasi retrocedens.

Blasphemus quis. Blasphemia est contra Dei laudem, nam cum Deus sit laudandus, & honorandus, blasphemus è contra vituperat, maledicit, conuitium, contumeliam, maledictionem in DEVM aut Sanctos, aut Virginem Mariam profert.

Schismaticus quid. Schisma est rebellis, & spontanea separatio ab vnitate Ecclesiæ, cum enim quis non vult obedire Ecclesiæ, vel Pontifici spontanea rebellione, dicitur schismaticus; & dicitur schismaticus, quasi scindens, & diuidens homines à communione charitatis, & sic schismaticus dicitur à communione fidelium, sua voluntate segregatus.

Et sic patet, qualiter ab hæresi differant, nam hæreticus negat partem fidei Catholicæ seu articulum: Apostata totam fidem; blasphe-

blasphemus irreuerenter loquitur de Deo & Sanctis. Schismaticus se separat ab obedientia Papæ, & non credit eius potestatem, & in hoc, vt hæreticus reputatur, & similiter apostata: videndi sunt Doctores explicantes primum præceptum Decalogi, præcipue Ioann. Azor. & Thomas Sanchez, & alij.

LAVS DEO.



MEMORIALE
Sciendorum à Clericis, & Confessarijs.

Iussu Illustrissimi, & Reuerendissimi
D. ALEXANDRI S. R. E.
Presb. Card. Ludouisij,
Archiep. Bonon. & Princ. Qui postea fuit Papa Gregorius XV. editum.

Quo indicantur omnia scienda à Clericis, & præsertim Præcepta Clericorum propria:

Cum alijs sciendis à Confessario, & præsertim de centum Casibus oblig. ad restitutionem.



COLONIÆ, Apud Ioannem Kinckium.

Anno M. DC. XXIX.

Denuo imprimatur

Fr. Hyacinthus Vicecomes Lect. Theol. & Vic. S. Officij Mediolani.

Gul. Vidonus Præpositus S. Nazarij pro Illustriss. D. Card. Archiepisc.

Vidit Saccus pro Excell. Senatu.

AD LECTOREM.

CLericis, hoc est præstantissimæ totius Reip. Christianæ parti, quantum sit necessaria non solum Probitas, sed etiam Doctrina, & Diuina Scriptura, & Sacri Canones, & docti, ac indocti omnes, sentiunt, dicunt, atq; exclamant. *Quia scientiam repulisti*, inquit Dominus Oseæ 4. *repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi*: & Concil. Toletan. vt refertur. c. 1. dist. 18. *Ignorantia mater cunctorum errorum maximè in Sacerdotibus Dei vitanda est*: & Gelasius Summus Pontifex in c. 1. dist. 6. *Statuit illiteratos, sicut & corpore vitiatos esse Irregulares*, Illiteratos, inquit, aut aliqua parte corporis vitiatos, vel imminutos nullus præsumat ad Clericatus Ordinem promouere, quia litteris carens, sacris non potest esse aptus officiis. Denique Concil. Tridentinum *sess. 23. c. 12 de Reformatione*, non solum Seculares, sed etiam Regulares sine diligenti Episcopi examine ad sacros Ordines admitti prohibet, priuilegiis quibuscunque quoad hoc abrogatis.

Hæc fuit vna huius Memorialis conficiendi causa, vt nimirum omnes, qui Ordines suscipere, & in susceptis ministrare volunt, Summam, & velut Indicem

nem habeant eorum, quæ, si norunt, recordentur: si nesciant, discant: denique intelligant quænam sint illa, ad quæ parati esse debent respondere tum Episcopo, seu eius Examinatoribus; tum, quod maius est, & nemo vitare potest, ipsi Christo Domino.

Catalogum Excommunicationum, Interdictorum & Suspensionum Pontif. studio omisimus, ne memoriale excederet, cum etiam extent autores, vti Chapeauille, Coriolanus & alij, qui de casibus reseruatis Summo Pontifici scripserunt.

Vnum deest sequēti Memoriali, quod tamen nulli Clerico deesse vllo modo debet, sed & in Ordinum susceptione, & in eorundem administratione præcipuè curandum est, immo & habendum in ipsa Primæ Tonsuræ Susceptione, vt Concil. ipsum Tridentinum monet in dicta *sess.* 23. *c.* 4. *de Reformatione*, & est RECTA INTENTIO, qua videlicet fidelem Deo Cultum præstare; non diuitias acquirere, non honores, non aliud quicquam terrenum semper intendamus.

SVM-

SVMMA
OMNIVM SCIENDORVM
à Clericis.

SCire debent Clerici non solum legere, scribere, & linguam latinam; sed etiam quatuor alia.

1. Doctrinam Christianam.

2. Ordinum Materiam, Formam, Officium, Ministrum, Institutorem, Ritus, & Definitionem seu Descriptionem aliquam.

3. Impedimenta, quæ impediunt, ne quis possit Ordines suscipere, & in iam susceptis ministrare.

4. Præcepta, quæ à Clericis sunt seruanda. Priora duo ex Catechismo præsertim Romano discenda sunt: Duo autem posteriora hic indicabimus, quia à multa ignorantur.

CAPVT I.
De impedimentis Ordinum.

IMpedimenta quædam impediunt, & dirimunt ordinationem; quædam verò solum impediunt. Impedimenta dirimentia habent solum tres personæ, videlicet.

1. Fœmina.

2. Non baptizatus.

3. Coactus, si sit animo prorsus inuito.

O Horum

Horum aliquis, si ordinetur, & peccat mortaliter, & ordinatio est nulla. Impedimenta non dirimentia, sed solum impedientia sunt multa; sed ad tria reuocantur, videlicet.

1. Peccatum mortale.
2. Censuram.
3. Irregularitatem.

Si quis ordinetur, habens aliquod ex his impedimentis, Ordo quidem tenet, sed peccat mortaliter: atque idem dicendum est, si ministret in Ordinibus susceptis; vt patebit ex dicendis.

CAPVT II.

De censura impedimento Ordines.

CEnsura est pœna quædam spiritualis, & est triplex, videlicet.

1. Excommunicatio.
2. Suspensio.
3. Interdictum.

Excommunicatio est Censura priuans baptizatum bonis communibus Ecclesiæ omnibus, vel aliquibus; & est duplex, videlicet.

1. Maior.
2. Minor.

Excommunicatio maior priuat omnibus dictis bonis

Ex-

Excommunicatio minor priuat tantum aliquibus, id est, participatione passiua Sacramentorum, & electione passiua.

Hinc constat Excommunicationem omnem, tam maiorem, quàm minorem impedire susceptionem Ordinum, quorumcunque etiam minorum; susceptionem verò primæ tonsuræ impedit Excommunicatio maior, non tamen Excommunicatio minor. Similiter Excommunicatio maior impedit administrationem in Ordinibus iam susceptis, non item Excommunicatio minor, vt fusius declarant DD.

Casus, in quibus incurrit Excommunicatio minor, multi non sunt, sed tantum vnus. Cum videlicet quis communicat in Diuinis, vel Humanis cum Excommunicato Excommunicatione maiori denunciato, vel publico Clerici percussore. Casus verò, in quibus contrahitur excommunicatio maior, habentur in Catalogo Excommunicationum, in Bulla Cœnæ, & in Edictis Episcoporum.

Suspensio, quæ est alia Censura, & incurritur solum à Clericis, impedit Ordinum susceptionem, & administratio-

nem non semper, sed solum quando est Suspensio ab Ordine. nam Suspensio, vt est vulgatum dictum, non egreditur suos limites. Quare quando est Suspensio à beneficio, vel à iurisdictione; seu ab officio Iurisdictionis, non extenditur ad Ordines, sicut nec contra. Quando tamen est Suspensio totalis, vel Suspensio ab omni officio tam Iurisdictionis, quam Ordinis, vel Suspensio à Diuinis (vt sunt multæ Suspensiones in hac Diœcesi Bononiensi) tunc impedit, & susceptionem, & administrationem omnem Ordinum; multo magis id præstat Depositio, & Degradatio, quæ ad Suspensionem reducuntur. Definitur autem Suspensio sic, Est Censura priuans Clericorum ecclesiastici Beneficij, vel Officii vsu aliquo, vel omni ad tempus, non in perpetuum. Si enim priuaret omni dicto vsu in perpetuum, esset Depositio, vel Degradatio. Casus vero, in quibus de iure communi incurritur Suspensio, habentur in Catalogo Suspensionum.

Interdictum denique, quod est tertia, & vltima censura, magis impedit Ordinem, quam aliæ duæ cēsuræ. Nam omne Interdictum tam locale, quam per-

personale impedit, & susceptionem, & collationẽ Ordinũ omniũ. Interdictum definitur sic, Est censura Sacramentorũ vsum, diuina officia, & sepulturã Ecclesiasticã secundũ se ipsa prohibens. Inter Sacramenta verò prohibita ab Interdicto quouis est Ordo, & quoad susceptionẽ, & quoad collationẽ. Duplex autem est Interdictum: Vnum locale, alterum personale, & vtrumque vel est generale, vel est speciale. Interdictum locale generale est, cum interdicitur tota Prouincia, vel totum Regnum, vel tota Ciuitas, vel totum Castellum, & tunc nemo ibi ordinari, vel Ordines conferre potest. Interdictum verò locale speciale est, cum interdicitur tantum vna, vel plures Ecclesiæ vnius loci, non omnes, & nomine Ecclesiæ hic intelliguntur etiam capellæ priuatæ, & cœmeteria.

Interdictum personale generale est, cum omnes habitatóres loci alicuius interdicuntur. Personale vero speciale est, cum aliqui, vel vna tantum persona interdicitur.

Casus, in quibus de iure communi incurritur Interdictum latæ sententiæ, sunt vnus, & viginti.

 Pri-

Primus est, cum Dominus temporalis alicuius loci præsumit impedire Legatum, vel Nuncium Apostolicum, ne exequi possit officium suum. Habetur in Extrauag. *Super gentes. de consuetudine*. & est Interdictum locale generale.

2. Cum Dominus temporalis Episcopum aliquem percutit, capit, bannit: vel hæc mandat, consulit, rata habet. Habetur in Clementina 1. *de pœnis. §. Terra quoque ipsius.* Est Interdictum locale generale.

3. Cum Dominus temporalis, seu Rector, vel Officiales, Terræ, in qua moritur Papa, non seruant, quæ præscribuntur *in cap. Vbi periculum. de elect. in 6.* est Interdictum locale generale.

4. Cum Episcopus, vel Clerus sustinuerit per mensem Censuram, quam incurrunt concedentes domos vsurariis alienigenis, vt habetur *in c. de vsuris in 6.* est Interdictum locale generale.

5. Cum populus, seu Ciuitas exigit gabellas ab Ecclesiis, vel Ecclesiasticis personis pro ipsis, vel pro rebus, quas non causa negotiationis deferunt. Habetur *cap. Quanquam. de censibus in 6.* est Interdictum locale generale.

6. Cum

7. Cum iniuriosè, vel temerè alicubi Episcopus captus detinetur. Habentur in Clementina 1. *de poenis.* Est Interdictum locale generale.

7. Cum Ciuitas alia ab Vrbe consenserit occisioni, vel percussioni Cardinalis, modis expressis *in cap. Felicis, de poenis in 6.* Est Interdictum locale generale.

8. Cum personæ Ecclesiasticæ inducunt aliquem ad promittendum de sepultura eligenda, vel electa non mutanda in eorum Ecclesia, vel cœmiteriis. Habetur in Clementina *Cupientes. de poenis.* Est interdictum locale speciale.

9. Cum Hæreticus scienter traditur sepulturæ Ecclesiæ. Habetur *in cap. Quicunque. de Hæreticis in 6.* Est interdictum locale speciale. ex Sayro. *lib. 5. cap. 12. num. 10.* vel aliud pœnæ genus, ex Suar. *disp. 37. sec. 1. in fine.*

10. Casus est eorum, seu illius, qui causam dederunt Interdicto locali generali, vel speciali. colligitur ex *cap. Si sententiam. de sentent. excommun. in 6.* Et est Interdictum personale generale, vel speciale.

11. Est Communitatis, quæ ad futurum Concilium appellat à mandatis Summi Pontificis. Habetur in Bulla Cœnæ §. 2. Et est Interdictum personale generale.

12. Est Communitatis aggrauantis res, vel personas Ecclesiasticas. Habetur in cap. Clericis. de Immunitate Ecclesiarum *in 6*. & innouatur in Bulla Cœnæ, §. 18. vt ibidem notat Toletus. Est Interdictum personale generale.

13. Est Communitatis concedentis represalias, seu pignorationes contra personas Ecclesiasticas, vel earum bona. Habetur *in c. Vnico. de iniurijs in 6.* & est Interdictum personale generale.

13. Est Capituli, quod sede vacante intra annum concedit alicui Dimissorias ad Ordines suscipiendos, excepto casu, quo quis ratione beneficij accepti, vel accipiendi teneatur ordinari. Habetur in Conc. Trident. *sess. 7. c.* 10. & est Interdictum personale generale.

15. Est Capituli, quod aliquid abstulit contra Extrauagantem vnicam, *Ne sede vacante*, &c. donec ablatum restituerit. Est Interdictum personale generale.

16. Casus est Iudicis, qui sententiam Excom-

Excommunicationis, aut alterius Censuræ protulit non seruatis, quæ habentur *in cap. 1. de sent. Excommunicat. in 6.* vel excommunicauit non præmissa admonitione, iuxta *cap. Sacro. de sententia excomm.* Est interdictum personale speciale ab ingressu Ecclesiæ, sicut & sequentia quinque interdicta.

17. Est eius, qui de manu laici accipit Episcopatum, Abbatiam, vel aliam dignitatem. Habetur *in cap. Si quis deinceps. 16. q. 7.*

18. Est Episcopi, vel eius superioris accipientis aliquid ex Dignitatibus, vel Ecclesiis vacantibus: Habetur *in cap. Præsenti, de offic. ord. in 6.*

19. Est Episcopi, & Abbatis bona Ecclesiæ non legitimè alienantis. Habetur in Extrauag. *vnica de reb. Eccles. non alien.*

20. Est Episcopi, & eius Superioris visitantis, qui accipit in visitatione vltra id, quod ei conceditur in Extrauag. *vnica de censibus.*

21. Est Ecclesiasticorum exemptorum, qui violant Interdictum ab homine, vel à iure latum. *cap. Episcoporum. de priu. in cap.* Hæc sunt interdicta iuris communis corpori inserta.

11. Est Communitatis, quæ ad futurum Concilium appellat à mandatis Summi Pontificis. Habetur in Bulla Cœnæ §. 2. Et est Interdictum personale generale.

12. Est Communitatis aggrauantis res, vel personas Ecclesiasticas. Habetur in cap. Clericis. de Immunitate Ecclesiarum *in 6.* & innouatur in Bulla Cœnæ, §. 18. vt ibidem notat Toletus. Est Interdictum personale generale.

13. Est Communitatis concedentis represalias, seu pignorationes contra personas Ecclesiasticas, vel earum bona. Habetur *in c. Vnico. de iniurijs in 6.* & est Interdictum personale generale.

13. Est Capituli, quod sede vacante intra annum concedit alicui Dimissorias ad Ordines suscipiendos, excepto casu, quo quis ratione beneficij accepti, vel accipiendi teneatur ordinari. Habetur in Conc. Trident. *sess. 7. c.* 10. & est Interdictum personale generale.

15. Est Capituli, quod aliquid abstulit contra Extrauagantem vnicam, *Ne sede vacante*, &c. donec ablatum restituerit. Est Interdictum personale generale.

16. Casus est Iudicis, qui sententiam

Excom-

Excommunicationis, aut alterius Censuræ protulit non seruatis, quæ habentur *in cap. 1. de sent. Excommunicat. in 6.* vel excommunicauit non præmissa admonitione, iuxta *cap. Sacro. de sententia excomm.* Est interdictum personale speciale ab ingressu Ecclesiæ, sicut & sequentia quinque interdicta.

17. Est eius, qui de manu laici accipit Episcopatum, Abbatiam, vel aliam dignitatem. Habetur *in cap. Si quis deinceps. 16. q. 7.*

18. Est Episcopi, vel eius superioris accipientis aliquid ex Dignitatibus, vel Ecclesiis vacantibus: Habetur *in cap. Præsenti, de offic. ord. in 6.*

19. Est Episcopi, & Abbatis bona Ecclesiæ non legitimè alienantis. Habetur in Extrauag. *vnica de reb. Eccles. non alien.*

20. Est Episcopi, & eius Superioris visitantis, qui accipit in visitatione vltra id, quod ei conceditur in Extrauag. *vnica de censibus.*

21. Est Ecclesiasticorum exemptorum, qui violant Interdictum ab homine, vel à iure latum. *cap. Episcoporum. de priu. in cap.* Hæc sunt interdicta iuris communis corpori inserta.

Aduertendum autem eſt, perſonam quidem Interdicto perſonali generali, vel ſpeciali ligatam, etiam occultam, ſi ingerat ſe ſacris ſibi interdictis, ſemper peccare, alias tamen perſonas, quæ videlicet nullo Interdicto perſonali innodantur, non teneri ſeruare Interdictum vllum, niſi fuerit nominatim denunciatum contra certum locum, vel certam perſonam, vt patet ex Decreto Concil. Conſtantienſ. ſeu Martini V. de quo *S. Anton. 3. p. tit. 26.* & hæc de Cenſura.

Capvt III.

De Irregularitate.

Irregularitas eſt inhabilitas ſuſcipiendi Ordines, & in ſuſceptis miniſtrandi, niſi diſpenſetur: & eſt duplex, vna dicitur ex defectu, altera dicitur ex delicto.

Irregularitas ex defectu incurritur propter nouem defectus, vt diligenter notauit *Tolet. lib. 1.* & ſunt:

1. *Defectus natalium.* Hinc illegitimi ſunt irregulares.

2. *Defectus originis.* Hinc ſerui ſunt irregulares.

3. *Defectus liberationis à curia, vel à ratiocinijs.* Hinc ſunt irregulares tum obligati

ligati perpetuò ad curiam sæcularem, tum etiam ad eam obligati ad tempus (hi tamen finito tempore possunt ordinari; nisi sint aliunde irregulares, puta quia infames, vt satellites, vel homicidæ, aut mutilatores, vt sunt sæpè iudices, & milites) tum denique Tutores, Curatores, negotiorum gestores, & alii habentes administrationes publicas, vel priuatas, ob quas rationem reddere tenentur; & quidem si habeant administrationem tantum priuatam, deposita administratione etiam ante redditam rationem, possunt ordinari; si verò habeant administrationem publicam, non nisi post depositam administrationem, & redditam rationem ordinantur.

4. *Defectus ætatis.* Hinc infantes, qui videlicet septennium non expleuerunt, ad nullum Ordinem, immo nec ad primam Tonsuram admittuntur. Ad Acolytatum vero requiruntur duodecim anni completi. Ad Subdiaconatum requiritur annus 22. inchoatus. Ad Diaconatum 23. inchoatus. Ad Presbyteratum 25. inchoatus.

5. *Defectus bonæ famæ.* Hinc infames de iure, vel de facto sunt irregulares.

Aduertendum autem eſt, perſonam quidem Interdicto perſonali generali, vel ſpeciali ligatam, etiam occultam, ſi ingerat ſe ſacris ſibi interdictis, ſemper peccare, alias tamen perſonas, quæ videlicet nullo Interdicto perſonali innodantur, non teneri ſeruare Interdictum vllum, niſi fuerit nominatim denunciatum contra certum locum, vel certam perſonam, vt patet ex Decreto Concil. Conſtantienſ. ſeu Martini V. de quo *S. Anton. 3. p. tit. 26.* & hæc de Cenſura.

Capvt III.

De Irregularitate.

Irregularitas eſt inhabilitas ſuſcipiendi Ordines, & in ſuſceptis miniſtrandi, niſi diſpenſetur: & eſt duplex, vna dicitur ex defectu, altera dicitur ex delicto.

Irregularitas ex defectu incurritur propter nouem defectus, vt diligenter notauit *Tolet. lib. 1.* & ſunt:

1. *Defectus natalium.* Hinc illegitimi ſunt irregulares.

2. *Defectus originis.* Hinc ſerui ſunt irregulares.

3. *Defectus liberationis à curia, vel à ratiocinijs.* Hinc ſunt irregulares tum obligati

ligati perpetuò ad curiam sæcularem, tum etiam ad eam obligati ad tempus (hi tamen finito tempore possunt ordinari; nisi sint aliunde irregulares, puta quia infames, vt satellites, vel homicidæ, aut mutilatores, vt sunt sæpè iudices, & milites) tum denique Tutores, Curatores, negotiorum gestores, & alii habentes administrationes publicas, vel priuatas, ob quas rationem reddere tenentur; & quidem si habeant administrationem tantùm priuatam, deposita administratione etiam ante redditam rationem, possunt ordinari; si verò habeant administrationem publicam, non nisi post depositam administrationem, & redditam rationem ordinantur.

4. *Defectus ætatis.* Hinc infantes, qui videlicet septennium non expleuerunt, ad nullum Ordinem, immo nec ad primam Tonsuram admittuntur. Ad Acolytatum vero requiruntur duodecim anni completi. Ad Subdiaconatum requiritur annus 22. inchoatus. Ad Diaconatum 23. inchoatus. Ad Presbyteratum 25. inchoatus.

5. *Defectus bonæ famæ.* Hinc infames de iure, vel de facto sunt irregulares.

6. *Defectus corporis.* Hinc inhabiles ad bene ministrandum, vel notabiliter deformes sunt irregulares.

7. *Defectus animæ.* Hinc illiterati, & neophiti, & infantes etiam solum ad tempus, sunt irregulares.

8. *Defectus sacramenti.* Hinc Bigami, sunt irregulares.

9. *Defectus perfectæ lenitatis.* Hinc iudices sententiam mortis, vel mutilationis ferentes, & omnes, qui his cooperantur, secuto effectu sunt irregulares.

Habentes aliquem ex his nouem defectibus, etiam sine vlla sua culpa, sunt irregulares; quare, nisi sint dispensati, peccant mortaliter, cum ordinem aliquem suscipiunt, vel Ordinis actum faciunt, quem laici facere non possunt.

Irregularitas ex delicto incurritur propter quinque delicta, quæ sunt.

1. *Delictum homicidij*, vel mutilationis.

2. Delictum circa *Baptismum*, cum videlicet quis baptizat, vel adultus rebaptizatur, aut suscipit Baptismum ab Hæretico, vel cõstitutus in infirmitate.

3. Delictum in *susceptione Ordinum*, quando videlicet quis suscipit Ordines, censuris supradictis ligatus; vel ab Episcopo,

copo, cui prohibetur Ordines conferre: vel certè eodem die suscipit duos Ordines sacros, aut minores cum Subdiaconatu.

4. Delictum in *vsu Ordinum*, quando nimirum quis facit actum Ordinis maioris, quem non habet: vel habet quidem, sed est ligatus Censura: vel denique facit sacra prohibita in loco interdicto.

5. Delictum *quoduis enorme*, quando est notorium.

Addunt aliqui alia omnia delicta enormia, quantumuis occulta, vel saltem hæresim occultam, & delictum in scientia quadam discenda, vel docenda. Sed de prædictis tantum quinque delictis videtur esse textus expressus, vbi autem non est textus expressus, non est asserenda Irregularitas, *cap. is qui. de sentent. excomm. in 6.*

Quare hæc satis de Irregularitate.

CAPVT IV.

De Præceptis seruandis à Clericis.

PRæter præcepta Dei, & Ecclesiæ, quæ omnes fideles obligant, Clerici, sicut habent multa priuilegia, ita etiam multa alia seruare tenentur, omnia videlicet, quæ ipsis à suis Episcopis, vel à sa-

ctis Canonibus iubentur; & ad quinque classes possunt reuocari.

Quædam enim præcipiuntur sub pœna excommunicationis latæ sententiæ.

Quædam sub pœna suspensionis latæ sententiæ. (sententiæ.

Quædam sub pœna Interdicti latæ

Quædam sub pœna Irregularitatis, &

Quædam sine huiusmodi pœnis; & hæc modo tantum ponemus.

Quæ enim præcipiũtur Clericis sub dictis quatuor pœnis, habentur partim ex dictis, & partim ex Catalogis Excõmunicationum, & Suspensionum.

Quæ sine huiusmodi pœnis præcipiũtur, ad decem capita reducuntur, quæ possunt dici Clericorum Decalogus. Quãuis non omnia obligẽt sub mortali.

Primum caput est, vt studiosè & deuotè *a* recitent Horas canonicas, si sint beneficiati, vel in sacris; alias, si eas sine iusta causa omittant, peccant mortaliter, & tenentur restituere *b* fructus beneficii pro rata.

a *cap. Dolentes de celeb. miss.* b Pius V. *in Bulla, qua incipit, Ex proximè.*

2. Vt deferant *c* habitũ, & tonsurã clericalẽ, si sint beneficiati, vel in sacris; alias peccant mortaliter; alii verò Clerici amittũt *d* priuilegium Fori. c Six-

c Sixtus V. *in Bulla, Cum sacrosanctam.*
d *Conc. Trid. sess.* 23. *cap.* 6.

3. Vt seruent ex voto *e* castitatem, si sint in sacris.

e *cap vnico de voto. in* 6.

4. Vt mercaturā *f* non exerceant, nec artē *g* sordidā, nec officia vlla *h* secularia, nec cōducāt *i* possessiones, nec sæcularib. procurationib. *k* se immisceant, & non solum non dictent, vel proferant sententiam sanguinis; sed neq; vbi sanginis vindicta exercent, *l* intersint.

f *cap.* Secundum instituta. *ne Clerici, vel Mon.* g Clemen. 2. *de vit. & hon. Cler.* h *c. Clerici officia, eod. tit.* i *c. Peruenit. d.* 86. k *ibidem.* l *c. pen. ne clerici, vel mon.*

5. Vt priuilegiis suis non renuncient; non enim possunt eis renūciare, cū sint in fauorē status Clericalis, & non singularis alicuius personæ. Quare in manib. laici iurare *m* nō possunt, nec se subijcere Iudici laico, nisi cū priuilegium Fori amiserunt, *n* vel ab Episcopo *o* licentiam habuerint, vt habere possunt non in criminalibus, sed in ciuilibus, in quibus etiam solis ius *p* ipsum concedit Reconuentionem.

m *c. pen.* 22 *q.* 5. n *c. Cum non ab homine, de Iud.* o *c.* 2. *de foro compet.* p *c.* 1. 3. *q.* 8.

6. Ne

6. Ne aleae *q* deseruiant: immo nec ludant *r* ad aleas: nec huiusmodi ludis *s* inter sint: similiter Mimis, Ioculatoribus, & Histrionibus non *t* intersint: & Tabernas *u* omnino euitent, nisi necessitatis causa, cum sunt in itinere constituti: & abstineant *x* etiam à choreis.

q *c. 1. dist. 25.* r *c. Clerici officia, de vit. & honest. cleric.* s *ibidem.* t *ibidem.* u *ibidem.* x *Conc. Trid. sess. 24. c. c 12.*

7. Ne *y* arma ferant: nec annulum, *z* nisi ratione dignitatis: nec comam *a* laxent: nec barbam *b* nutriant saltem in labio superiore, nam quoad mentum hanc legem de barba non nutrienda contraria consuetudine abrogatam esse dicit *Nau. cap. 25. num. 110.*

y *cap. 2. de vita, & honest. cleric.* z *cap. Clerici officia. eo. tit.* a *cap. 4. eod.* b *cap. Clericus neque. eod.*

8. Abstineant à clamosis *c* venationibus, & aucupiis: non cohabitent cum *d* mulieribus excepta matre, amita, & sorore; immò neque cum his, si sint suspectae: praeterea cum muliere suspecta nec *e* fabulari, nec aliquo modo versari debent.

c *c. 1. & 2. de cler. venat.* d *c. 1. de cohab. cleric. & mul. & c. clericus dist. 81.* e *cap. 2. eodem tit.*

9. De-

9. Debent Clerici *f* benedicere mensam in principio, & in fine gratias agere, quod si sint Sacerdotes, cũ Euchari-stiam sumunt: etiam in ægritudine *g* stolam circa collum habere debent, signum Crucis in pectore præferentem. Id tamen non videtur vsu vbique receptum quoad signum Crucis: Debent etiam seruare Rubricas in Sacro, in horis canonicis, & cæteris functionibus sacris.

f *c. non liceat. dist.* 44. g *c. Ecclesiastica. d.* 23. & Rituale nouum *de sacra Eucharistia.*

10. Non *h* alienent patrimonium, ad cuius titulum sunt ordinati, sine licentia Episcopi: non pugnent *i* etiam in bello iusto: non audiant *k* leges, vel medicinam: non incumbant publicè studio Philosophiæ, aut Poesis vltra quinquennium, iuxta Decretum Concilii Lateran. sub Leone Decimo, *sess.* 8. in quo tamen Decreto sunt aliquæ moderationes; nec *l* sint fideiussores pro laico: sed in officiis Ecclesiasticis, & aliis bonis studiis diligenter se *m* exerceant, quod omnibus Clericis, sed præcipue beneficiatis præstandum est, ne incidant in Beneficiorum nundinationem,

tionem, vel pluralitatem prohibitam, vel redditum Ecclesiasticorum malam consumptionem, cupiditatemue: sciantque non solum supradicta, sed etiam alia, quæ quisque beneficiatus ratione sui beneficii scire tenetur; sicut etiam Sacerdotes Confessarii non solum prædicta scire debent, sed etiam alia, quæ ad Sacramentum Pœnitentiæ ritè administrandum scitu sunt necessaria, ne si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadant. Hæc autem habentur in fine huius Memorialis, in Appendice pro Confessariis.

h Conc. Trid. *sess.* 21. *cap.* 2. i *cap. petitio. de hom.* k *c. vlt. ne clerici vel mon.* l *cap. Te quidem.* 11. *q.* 1. m *cap.* Clerici officia. *de vita & hon. cleric.*



MEMORIALE
SCIENDORVM A CONFESSARIIS.

Iussu Illustrissimi, & Reuerendissimi
D. ALEXANDRI Card. LVDOVISII Archiep. Bon. & Principis, qui postea fuit Papa Gregorius XV. editum.

Et indicat omnia scienda à Confessarijs, ac præsertim CENTVM CASVS *obligantes ad restitutionem.*



PRÆFATIO AD LECTOREM.

Confessarios scientia debita carentes, vel scientes quidem, sed quæ sciunt minus aduertentes, esse sibi, ac pœnitētibus causam damnationis, satis demonstrant illa Domini verba Matth. 15. *Cæcus, si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.* Timenda etiam valde est non solum à Confessariis; sed etiam ab omnibus illa Apostoli sententia, 1. Corinth. 4. *Si quis ignorat, igno-*

ignorabitur. id est damnabitur omnis, qui ignorat; quæ sunt de necessitate salutis, vt inquit D. Thomas ibidem. Est autem de necessitate salutis Confessario quidem, qui ministrare vult Sacramentum Pœnitentiæ, scire quæ sunt necessaria ad tale sacramentum valide, & licite ministrandum, omnibus vero fidelibus, qui post Baptismum in peccatum mortale lapsi sunt, scire quæ sunt necessaria ad Sacramentum Pœnitentiæ valide & licite suscipiendum; quamuis sine dubio maior sit obligatio Cõfessarii, quia tenetur instruere Pænitentẽ, quando eũ inuenerit ignorare, quæ scire tenetur. Consequenter debet confessarius etiam scire, quæ ex parte Pænitentis in sacramento Pænitentiæ requiruntur. Hinc multi atque grauissimi D.D. multos, atque vtilissimos libros accurate, & fuse scripserunt de omnibus, vel de aliquibus, quæ sunt à Confessariis scienda. Nõ erit tamen inutile hoc Memoriale, quod omnia à Cõfessariis sciẽda indicabit, tũ quia nõ omnes Confessarii diffusos illos libros habere, aut legere, aut memoria retinere possunt: tũ etiã quia non debet diligentia Confessarii in grauissimo hoc remittendi peccata, & saluan-

saluandi animas negotio vinci à diligentia Aduocatorum, qui non contenti vidisse processus diffusos, summaria ex eis extracta præ manibus habere solent, & sæpius reuoluere: tum deniq; quia non omnes Confessarii, etiam si omnes meliores libros legissent, possunt facile aduertere, & notare quid vnus Doctor alteri Doctori addiderit melius, & ad praxim vtilius; item quæ antiquiorũ auctorum opiniones iam antiquatæ sint, & improbabiles, quæ iterum recentiorum opiniones nouæ, & non solum minus tutæ, sed etiam non sequendæ sunt: deniq; quæ opiniones tam antiquorũ, quam recentium DD. probabiles, & tutæ sint in praxi, quamuis oppositę sint meliores & consulendæ. Huius autem Memorialis huiusmodi aduertere, & notare intentio fuit; sicut etiam similis finis fuit Memorialis sciendorum à Clericis, ex quo non pauca habentur eorum, quæ à Confessariis scienda sunt, quare Hoc Memoriale Appendix illius merito dici potest.

Hunc autem ordinem modo seruabimus.

Primò ponemus summam omnium, quæ in Sacramento Pœnitentiæ requiruntur

rantur tam ex parte Ministri, seu Confessarii, quam ex parte Pœnitentis.

Secundò cæteris omissis explicabimus tantùm Scientiam in Confessario necessariam, hac enim explicata cætera satis intelligentur, quantum ex Memoriali intelligi conueniet.

Tertiò quoniam alii sunt casus, in quibus Confessarii sese diligenter exercere debent, ad Censuras, & Restitutiones pertinentes; Videant autores qui de casibus reseruatis scripserunt, vti in Memoriali clericorum indicatum est. In hoc memoriali Confessariorum ponemus centum casus ad restitutionem obligantes.

MEMORIALIS SCIENDORVM A CONFESSARIIS INDEX,

Et summa breuis per Interrogationes, & Responsiones.

1. *QVot requiruntur in Confessario?*
Resp. *Hæc decem, Ordo, Iurisdictio, Vsus iurisdictionis non impeditus, Scientia, Vsus scientiæ prudens, Bonitas, Sigillum, Approbatio, Attentio ad confitentem, & Prolatio formæ.*

2. *Quot requiruntur in Pœnitente?*
Resp. *Quinque.* 1. *Subiectio.* 2. *Vsus rationis.* 3. *Intentio.* 4. *Examen conscientiæ.* 5. *Tres actus.*

3. *Quæ scientia est necessaria.*
Resp. *Requisitorum ad officium suum peragendum, quod est ministrare sacramentum Pœnitentiæ cum debita Forma, & Materia, & annexis.*

4. *Quæ est forma sacram. Pœnitent.*
Resp. *Absolutio sacramentalis.*

5. *Quæ verba sunt de essentia Formæ?*
Resp. *Te absoluo, vel alia his æquiualentia à Confessarij ore prolata cum intentione debita.*

6. Quæ

6. *Quæ verba sunt de necessitate præcepti?*
Resp. *Ego te absoluo à peccatis tuis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.*

7. *Quæ alia sunt de necessitate præcepti?*
Resp. *Primo, vt præmittatur absolutio ab excommunicatione, si pœnitens sit excommunicatus. Secundo, vt seruentur præcepta proprij Episcopi, si quæ sunt in hac re.*

8. *Quæ verba sint de congruitate.*
Resp. *Preces solitæ præmitti, & postponi.*

9. *Quæ alia sint de congruitate.*
Resp. 1. *Attollere manum versus absoluendum.* 2. *Signare signo Crucis.* 3. *Sedere.* 4. *Esse in loco sacro & aperto.* 5. *Non de nocte, si audiuntur mulieres.*

10. *An possit absolui indignus absolutione, qui dicit se bene dispositum, sed Confessario constat oppositum.*
Resp, *Negatiue.*

11. *An sufficiat id constare Confess. per alterius confessionem.*
2. Resp. *Neg.*
An absolutio possit dari sub conditione.
Resp. *Negatiue de conditione proprie dicta, quæ est de futuro. affirmatiue de conditione improprie dicta, quæ est de præterito,*

Resp.

Resp. *Affirmatiue, si sit eius parochus, vel si audiuit eius peccata.*

27. *An confessarius simplex possit absoluere à censuris extra art. mortis.*

Resp. *Negatiua excepto excommunicatione nulli reseruata.*

28. *An possit dispensare ab Irreg. saltem in articulo mortis.* Resp. *Neg.*

29. *Quæ sit materia sacram. Pœnitent.*

Resp. *Esse tres actus Pœnitētis, contritionem, confessionem, & satisfactionem.*

30. *Quæ dicatur huius sacramenti materia proxima, remota, & remotissima.*

Resp. *Proxima dici d. tres actus; remotam peccata, remotissimam personam subditam.*

31. *Quæ sit materia necessaria, quæ sufficiens.*

Resp. *Illa est p. m. hæc p. veniale.*

32. *Quid scire debeat confessarius de materia remota, & remotissima.*

Resp. *Illam esse peccatum post Baptismum commissum. Hanc esse personam subditam.*

33. *Quid sit contritio.*

Resp. *Est dolor de peccato commisso cum proposito non peccandi de cætero.*

34. *Quotuplex sit.*

Resp. *Est 3. vna perfecta charitate:*

altera imperfecta, sed sufficiens ad sacramentum validum, & formatum, quæ dicitur Attritio: tertia sufficiens solum ad sacramentum validum, & informe, vt cum pœnitens bona fide putat se bene dispositum, & non est.

35. *An Confessarius debeat absoluere pœnitentem; quem nouit habere solum dictam tertiam contritionem.*

Resp. *Negatiue.*

36. *Quid si dubitet?*

Resp. *Debet credere pœnitenti asserenti se bene contritum, vel attritum, atque eum absoluere.*

37. *An confessarius debeat scire, quæ peccata sint m. & v. item quæ obligant ad restitutionem, & quæ sunt reseruata, & quæ sunt propria status personarum, quas frequenter audit.*

Resp. *Affirmatiue, ita vt sciat dubitare.*

38. *Quæ sint scienda ab omnibus fidelibus.*

Resp. *Decalogus, præcepta fidei, spei, carit. & sacr. & præcepta Eccl.*

39. *An confessarius clericorum debeat scire casus irreg. & suspensionis.*

Resp. *Affirm. & simpliciter qui frequenter audit confessiones hominum aliorum statuum, debet eorum statuum peccata scire.*

40. An

40. *An à scrupulosis, qui aliorum iudicio nolunt acquiescere, debeat confessarius exigere, vt iurent se putare esse peccata m. quæ volunt confiteri.*
Resp. *Affirmatiue.*

41. *An qui habet propositum non peccandi de cætero, sit satis contritus cum dolet se non dolere.*
Resp. *Affirmatiue.*

42. *Quid sit confessio sacramentalis.*
Resp. *Est peccatorum manifestatio, facta confessario ad obtinendum veniam.*

43. *Quæ conditiones sunt ei necessariæ?*
Resp. *Vt sit integra, diligens, fidelis, & obediens.*

44. *Quæ integritas sit semper necessaria.*
Resp. *Integritas.*

45. *In quibus casibus possit deesse integritas materialis.*
Resp. *In quinque.* 1. *Cum peccata sunt oblita.* 2. *Cum quis impotens est confiteri.* 3. *Cum quis confitetur casus reseruatos superiori.* 4. *Cũ timet quis damnum graue ex Confessione.* 5. *Cum peccata fuerunt alias rite confessa, vel sunt tantum venialia.*

46. *An mentiri in confessione circa p. v. sit m.* Resp. *Negatiue.*

47. *In quibus casibus confessio est nulla.*

Resp. *In duobus.* 1. *Cum Confessarius non habet requisita, id est non erat Sacerdos, vel carebat iurisdict. aut vsu iurisdictionis, aut attentione, vel ficte absoluit.* 2. *Cum pænitens non habebat requisita, id est, vsum rationis, intentionem confitendi, vllam ex tribus contritionibus supradictis, vel non integre confessus est.*

48. *Quid sit satisfactio.*
Resp. *Sunt opera imposita à confessario in compensationem pænæ temporalis.*

49. *An sit pars pænitentiæ essentialis.*
Resp. *Negatiue.*

50. *An sit pars integralis,*
Resp. *Affirmatiue.*

51. *An confessarius teneatur illam imponere.*
Resp. *Affirmatiue. Exceptis quibusdam casibus.*

52. *An teneatur imponeere iustam.*
Resp. *Affirmatiue. Exceptis quibusdam casibus.*

53. *An pænitens teneatur eam acceptare.*
Resp. *Affirmatiue.*

54. *An sit imponenda tum in remedium, tum in vindictam peccatorum.*
Resp. *Affirm.*

55. *An possit imponi etiam de operibus alias debitis.* Resp. *Affir.*

56. *An*

SVMMA OMNIVM,

Quæ requiruntur in Sacramento Pœnitentiæ.

Tum ex parte Ministri, tum ex parte Pœnitentis.

1. IN Ministro Sacramenti Pœnitentiæ, vt tum validè, tum etiam licitè, id est sine peccato mortali hoc Sacramentum administret, multa à DD. & ab ipsis Canonibus requiruntur, vt videre est *in cap. omnis vtriusq. de pœnit. & remiss.* & in *c. consideret*, & sequentibus *de pœn. d. 6*. Et quamuis omnia ab aliquibus DD. reuocentur ad tria, videlicet Potestatem, Bonitatem, & Scientiam; ab aliis ad plura, addunt enim aliqui Prudentiam, & Sigillum, alii approbatione Episcopi, alii alia; tamen si omnes Confessarii conditiones distinctè velimus assignare, decem omnino numerandæ erunt, & sunt.

Primò. Potestas ordinis, seu, vt clarius dicam, ordo Sacerdotalis cum aliis sex ordinibus, & prima tonsura.

2. Potestas iurisdictionis super pœnitentem, quem audit.

3. Vsus iurisdictionis non impeditus siue per impotentiam naturalem, qualis est esse mutum. siue per impedimen-

mentum Canonum; qualis est irregularitas & censura, & præceptum, seu prohibitio superioris. hoc tertium ab aliquibus DD. dicitur Potestas executionis, vt à Reginaldo *in Praxi fori pœnitentialis, in principio.*

4. Scientia, de qua infra.

5. Prudentia, seu vsus scientiæ prudens, & discretus tum in interrogando pœnitente, tum in iniungenda salutari pœnitentia, & in remedium, & in satisfactionem; tũ denique, & præcipue in iniungendis pœnitenti aliis, ad quæ tenetur etiam si non confiteretur; vt est restitutio tum rerum, tum famæ, tum etiam honoris; item vitatio occasionis proximæ; item executio eorum, ad quæ tenetur tum ratione sui status, tum ratione sui officii, si aliquod officium habet, tum ratione voti, aut iuramenti, aut legis, aut sententiæ, aut Testamenti, aut pacti, Si aliquod huiusmodi vinculum habeat, quod obliget eum in conscientia.

6. Bonitas, qua Minister non absoluat; immo nec audiat pœnitentem vllum etiam in articulo mortis, nisi prius purgatus ipse sit ab omni peccato m. per confessionem sacramentalem, vel

ſaltem per contritionem, & quidem non imperfectam, quæ dicitur Attritio, ſed perfectam, quæ ſola abſolutio dici ſolet contritio, vt infra in cap. 2. vel certè per attritionem, quam bona fide putauerit contritionem.

7. Approbatio, qua Miniſter, ſi careat beneficio curato, & audiat confeſſiones ſecularium, ab Epiſcopo loci approbatus ſit, vt nouiſſimè præcepit Cõcil. Trid. *ſeſſ. 23. cap. 11. de reformat.*

8. Sigillum, id eſt obligatio occultandi ea, quæ in confeſſione audiuit, ſiue ſint peccata m. ſiue ſint peccata tantùm v. ſi deniq; peccata non ſint, nec m. nec v. ſed ſolùm defectus ad famam, vel honorem pertinens; & ſiue abſoluat pœnitentem, ſiue non; eſtque talis obligatio de iure diuino, quia de iure diuino eſt, vt confeſſio à Deo inſtituta non fiat odioſa.

9. Attentio, qua confeſſarius audire volens confeſſiones non ſolùm nõ dormiat, ſed attendat tum ad peccata, quæ pœnitens confitetur; tum etiam ad perſonam ipſam pœnitentis, an habeat quæ ex parte ipſius in hoc ſacramento requiruntur, vt validè, & licitè abſolui poſſit; & ſunt quinque ſtatim indicanda.

10. &

10. & vltimo. Prolatio formæ sacramenti pœnitentiæ super pœnitentem cum debita intentione, & aliis tali formæ annexis: de qua forma, & etiam de iis, quæ tali forma annexa sunt, præter nouem supradicta dicemus capite sequenti.

Hæc inquam decem requiruntur ex parte confessarii.

(2.) Ex parte verò pœnitentis, qui supponitur esse homo viuus, & baptizatus requiruntur quinque.

Et primùm est, vt sit persona subdita ipsi confessario in hoc foro pœnitentiali, qualis semper est, quando confessarius habet iurisdictionem supradictam.

Secundum est, vt habeat vsum rationis, & quando confitetur, & quando absoluitur, alias differenda est absolutio, nisi vt articulus, seu periculum mortis, in hoc enim periculo valide, & licitè absoluitur, etiam qui caret vsu rationis, modo cum vsu rationis confessarium petierit, vel confitendi desiderium ostenderit, vt habetur in Ritual. Pauli V. *sub tit. de pœnit. sacramento.*

Tertium est, vt habeat intentionem

suscipiendi Sacramentum pœnitentiæ, saltem virtualem illam, quæ sufficit in Adulto ad Sacramentum Baptismi suscipiendum, & potest esse etiam in dormiente, & amente; si ante somnum, & amentiam sacramentum desiderauit: vt habetur *in c. maiores. de Bapt.*

Quartum est, vt fecerit examen conscientiæ, seu vt loquitur Conc. Triden. *sess.* 14. *cap.* 5. diligentem sui discussionem, antequam ad confessarium accederet; quamuis enim possit interdum negligentia pœnitentis in se examinando excusari, vt in articulo mortis, & interdum suppleri interrogationibus confessarii: tamen peccat pœnitens imparatus accedens, præsertim in confessionibus longi temporis, quando potuit se præparare, quia exponit se periculo non faciendi integram confessionem. nam ferè impossibile est, vt iste repentè interrogatus recordetur etiam eorum de quibus interrogatur. Quare talis persona reijcienda communiter est à Confessario. Suarez *de pœnit. disp.* 22. *in fin.*

Quintum est, vt pœnitens habeat tres actus, qui dicuntur materia proxima sacramenti pœnitentiæ, videlicet contritionem, confessionem, & satisfactionem,

ctionem, qui tres actus, quando debitè adsunt in pœnitente, adsunt etiam alia tria, (3.) videlicet vsus rationis, intẽtio, & examen, quare de his tribus actibus, & quibusdam, quæ eis annexa sunt, præter supradicta dicemus post sequens caput, atque ita satis patebit scientia in confessario requisita, quantum à Memoriali requiri posse videbatur.

CAPVT I.

De Forma Sacramenti Pœnitentiæ, & de annexis huic Formæ.

(4.) FOrma Sacramẽti Pœnitentiæ est absolutio sacramẽtalis, cuius absolutionis verba essentialia, & alia eis annexa habentur in dicto Rituali Pauli V. nuper edito, quod ab omnibus nunc seruandum est, vt idem Paulus V. omnes hortatur. Habentur autem sub titulo de Sacramento Pœnitentiæ § *absolutionis forma*; vbi de confessario loquens sic ait.

Cum igitur pœnitentem absoluere voluerit, iniuncta ei prius, & ab eo acceptata salutari pœnitentia, primo dicit:

Misereatur tui omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis, perducat te ad vitam æternam, Amen.

Deinde dextra versus pœnitentem eleuata dicit,

Indulgentiam, absolutionem & remissionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens, & misericors Dominus Amen. Dominus noster Iesus Christus te absoluat, & ego auctoritate ipsius te absoluo ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti, in quantum possum & tu indiges. deinde ego te absoluo à peccatis tuis in nomine Patris, † & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Si pænitens sit laicus, omittitur verbum suspensionis.

Passio Domini nostri Iesu Christi, merita Beatæ Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum, quicquid boni feceris, & mali sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Amen.

In confessionibus autem frequentioribus, & breuioribus satis erit dicere: Dominus noster Iesus, vsque ad illa verba, Passio Domini nostri vrgente vero aliqua graui necessitate in periculo mortis breuiter dicere poterit, *Ego*

te

te absoluo ab omnibus censuris, & peccatis in nomine Patris, &c.

Hæc omnia habet Rituale, quæ confessarius primo, & præcipue scire debet, ac obseruare.

Secundo scire debet quænam ex dictis verbis sint de essentia Formæ (quæ dicuntur etiam de necessitate sacramenti) & quæ sint de necessitate præcepti, & quæ solum de congruitate.

(5.) De essentia Formæ secundum communiorem sententiam sunt tantum illa duo verba, *Te absoluo*, vel alia his æquiualentia, modo non mente tantum dicantur, sed ore proferantur à confessario, & non quomodocunque, sed cum debita intentione, videlicet serio agendi, & absoluendi à peccatis, seu faciendi quod facit Ecclesia.

(6.) De necessitate præcepti secundum communiorem item sententiam sunt in Ecclesia latina hæc determinata verba, Ego te absoluo à peccatis tuis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Sunt enim ex vniuersali Ecclesiæ latinę cõsuetudine, quæ habet vim legis. Quare omnia, vel aliqua ex his verbis omittere, etiamsi non omitterentur dicta duo verba

essen-

essentialia, *Te absoluo*, esset peccatum graue. nec est audiendus Sotus *in 4. dist. 14. q. 1. art. 3. prope finem.* & Viual. *de absolut. numer.* 99. dicentes id neque esse peccatum veniale, si aliquis contemptus non interueniat. Vide Suarez *de pœn. disp.* 19. *sect.* 1. *num.* 24. Tolet. *lib* 3. *cap.* 12. *num.* 1. &c.

(7.) De necessitate præcepti est etiam, vt confessarius ante absolutionem à peccatis det absolutionem ab excommunicatione, quando scit, vel dubitat pœnitentem esse innodatum aliqua excommunicatione, à qua ipse possit absoluere. Si vero non possit absoluere, quia videlicet sit reseruata superiori, mittat eum ad superiorem, vel ipse confessarius obtineat à superiore facultatem eum absoluendi à tali excommunicatione. alias absoluendo à peccatis non præmissa absolutione ab excommunicatione, peccaret mortaliter. ex communi sententia contra Angelum *v. confessio.* 1. *num.* 4. Absolutio tamen data, & à pœnitente bona fide suscepta tenet. Vide Nau. *cap.* 9. *num.* 4. Caiet. v. *absolutionis impedimenta*, &c. Quid verò debeat fieri in articulo mortis, dictū est in catalogo excommunic. *annot.* 1.

Deni-

Denique de necessitate præcepti est, vt quilibet confessarius seruet præcepta proprii Episcopi, seu superioris, si quæ sint. vt hic Bononiæ debet confessarius habere superpelliceum, &c.

(8.) De congruitate vero sunt primo verba alia à prædictis. Secundo duæ illæ ceremoniæ attollendi manum versus pœnitentem in signum potestatis suæ (pœnitentem tamen non tangendo præsertim si sit fœmina) & faciendi signum Crucis versus eum, cum dicit *in nomine Patris*, &c.

(9.) Tertiò de congruitate est, vt confessarius sedeat more aliorum Iudicum, non tamen dedecet si contra morem aliorum Iudicum, caput aperiat, cum absoluit in signum præsentis Dei, qui solus à peccatis absoluit principaliter, seu (vt loquuntur Theologi) auctoritatiue, iuxta illud. *Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?* Marc. 2. Decet etiam confessarium vitare aspectum pœnitentis mana saltem interposita inter faciem propriam, & pœnitetis. Nau. *cap.* 10. Reginaldus *l.* 2. *num.* 4. item non audire confessiones nisi in loco sacro, & aperto, nec de nocte, saltē mulieres. Sed hoc in aliquibus Diœcesibus est etiam præceptum.

(10.) Ter-

(10.) Tertio scire debet confessarius se habere præceptum ab ipso Christo Domino nostro non ministrandi Sacramentum indisposito, Matth. 7. *Nolite Sanctum dare canibus*, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, potest tamen confessarius credere pœnitenti asserenti se esse bene dispositum, id est habere omnia quinque supra posita, quia præsumitur vera dicere, potest inquam illi credere, nisi sibi constet oppositum. quia cessat præsumptio vbi constat de veritate, & in hoc foro pœnitentiali sufficit quod constet confessario scientia priuata. non ita in foro externo, quia forum externum spectat bonum commune, quare requirit scientiam publicam, forum vero pœnitentiale spectat priuatum bonum ipsius pœnitentis, & ideo non potest confessarius dare illi absolutionem, quam nouit illi non profuturam, Armilla *conf numer.* 18. Lopez *lib.* 1 *cap.* 25. *versus finem.* Medina *lib.* 1. *cap.* 13. Bellarminus *de Sacram. pœnit. n.* 5. Suarez *de pœn. disput.* 32. *sectio.* 3. *in fine.* Catech. Roman. *de confess numero* 16.

(11.) Si tamen confessarius indispositionem

tionem confitentis cognosceret solum, ex alterius confessione, debet eum absoluere. Viual. *in cand. aur. de sigillo confess. numer.* 36. Sa. v. *absolutio. numer.* 14.

(12.) Quarto sciendum est confessario, nunquam absolutioni Sacramentali addi posse conditionem proprie dictam (quæ videlicet est de futuro & suspendit actum) etiam superiore præcipiente. talis enim absolutio est sacrilega, & nulla. & quando superior diceret confessario do ibi facultatem illum absoluendi, ea conditione, vt ille ad me veniat, &c. intelligendus est dare facultatem absoluendi absolute, & sine vlla conditione, illum tamen obligando ad eundum postea ad Episcopum. Tolet. *lib.* 3. *cap.* 12. Caiet. v. *absolutio §. circa appositionem condit.*

Peccat enim confessarius saltem venialiter apponendo absolutioni conditionem improprie dictam (quæ videlicet est de præterito, vel de præsenti) vt si dicat te absoluo, si es contritus. excipiuntur tamen tres casus quos multum refert, vt ait Bart. Medina *lib.* 2. *cap.* 12.

Primus est cum confessarius dubitat an

an pœnitentem absoluerit; puta, quia fuit interruptus à pœnitente cum cepisset recitare verba absolutionis, & oblitus est, an verba essentialia protulerit, tunc debet dicere *si non es absolutus, ego te absoluo*, & similiter fit in bapt. *cap. 2. de baptismo.*

Secundus cum dubitat, an ea, quæ pœnitens confessus est, sint peccata. & tunc debet dicere, si hæc quæ confiteris sunt peccata, ego te absoluo, &c.

Tertius, cum dubitat de pœnitente, an habeat vsum rationis, qui v. g. est puer, vel lunaticus, &c. & dicit si habes vsum rationis, ego te absoluo, &c. Non est tamen necesse talem conditionem ore exprimere, vt notat idem Medina supra, & Emanuel Sa. v. *absolutio nu.* 11. *vel* 12. in alia impressione.

(13.) Quinto scire similiter debet absolutionem nunquam dari posse sub ratihabitione proprie dicta. hæc enim est de futuro, & est conditio dependens à tertia persona, vt si dicat, ego te absoluo, &c. si id placuerit Episcopo. Valida tamē, & licita est absolutio data sub ratihabitione improprie dicta, quæ est de præterito, vel de præsenti. nam est consensus quidam tacitus. Vt cum Parochus,

chus absoluit subditum alterius Parochi, vel etiam alterius Diœcesis, sciens vel probabiliter credens placere illi Parocho, seu illius Diœcesis Episcopo. ita Nau. *cap. 9. num. 6.* Suarez *de pœn. disp. 26. lib. 1. num. 16.*

(14.) Scire debet nunquam licere absoluere absentem, quicquid aliqui in contrarium dixerint. ita enim declarauit Clemens VIII. (15.) licet tamen absoluere moribundum, etiamsi nullum pœnitentiæ signum det in præsentia confessarij. si tamen aliquis testetur eum ostendisse confitendi desiderium. ita docet Rituale Pauli V. & etiam supra diximus. (16.) imo addit Sacerdotale pag. 624. ex doctrina D. Antonini, posse etiam absolui moribundum assuetum frequentare confessionem, quamuis repentino casu oppressus sacramentum non petierit. (17.) Neque solum potest confessarius in his duobus casibus absoluere, sed etiam debet, quia contingere potest moribundum esse tantum attritum, vnde damnetur, nisi absoluatur, vt de priori casu dicit Suar. *de pœn. dist. 33. sect. 4. in princ.*

(18.) Septimo scire debet licere etiam absoluere eum, qui confitetur per interpretem,

pretem, vel per scripturam, quando adest confessarius, & ei pœnitens aliter confiteri non potest. (19.) Nemo tamen tenetur sic confiteri, nisi in casu, quo quis crederet, vel dubitaret se esse solum attritum, & esset in articulo mortis, vt docet Suarez *de pœn. disp.* 36. *sect.* 6. *numer.* 5. (20.) Licet etiam absoluere eum, qui confitetur per nutus, vel alia signa, vt comprimendo manum Sacerdotis. (21.) imo hic tenetur sic confiteri, quando aliter non posset, & haberet peccatum m. & tempus obligaret ad confessionem. (22.) Præterea licet etiam absoluere eum qui confitetur tantum aliqua peccata non omnia, quia non potest, vt in naufragio ex Suarez *disput.* 23. *sect.* 1. (23.) Denique etiam eum absoluere possumus, qui habet quidem propositum non peccandi de cætero, sed credit se propositum non seruaturum, cum illud sit actus voluntatis; hoc vero sit actus intellectus, ita Inn. *in cap. omnis de pœn. & remiss.* Naua.. *cap.* 3. *num.* 13. Excipiendus tamen est casus, quando iste esset in occasione proxima peccandi ex eodem Nau. *cap.* 3. *num.* 15.

(24.) An vero liceat interdũ absoluere, qui

qui habet quidem occasionem peccandi proximam, sed habet etiam iustam causam non dimittendi illam occasionem, vt habet filiusfamilias cohabitans cum Patris sui serua, quam occultè cognouit carnaliter, affirmat Nau. *in d.c.3. n.15.* quando non solum dolet de peccato præterito, & proponit cauere de futuro, sed etiam credit, quod Deo iuuante propositum seruabit, & causa iusta non dimittendo occasionem vere adest. his quattuor concurrentib. posse istum absolui, saltem aliquando vt prima & secunda vice probabile videtur, quod si non emendaretur, neque inchoatio emendationis extaret post plures absolutiones, ego inquit Nau. *c.3.nu.21.* Si essem confessarius non absoluerem eum. (25.) sed melius Emanuel Sa. v. *absolutio nu. 12. vel 13.* interdum, inquit, expedit peccatum idem sæpe committentibus differre absolutionem.

(26.) An etiā liceat confessario absoluere pœnitentem, quando vult permanere in aliquo illicito mortaliter secundum opinionem confessarii, sed licito secundum opinionem pœnitentis, affirmandum est, quando tamen opinio pænitentis sit probabilis, imo Parochus in hoc

hoc casu debet eum absoluere. alius verò confessarius non tenetur eum absoluere, nisi quando iam eius peccata audiuisset, vt ait Suarez *de pœn. disput.* 32. *sect.* 1

(27.) Octauo scire debet simplex confessarius se à nulla censura posse vllum absoluere extra articulum, seu periculum mortis, nisi ab illis excommunicationibus iuris, quæ nemini sunt reseruatæ. ab his enim potest absoluere in solo tamen foro conscientiæ, vt docet Auila 2.*par.cap* 7.*disp*.1.*dub*.4. Nau.*cap.* 27.*num*.39.*&c.* Hinc non frustra solent omnes confessarii præmittere absolutionem ab excommunicatione ad cautelam. Frustra tamen simplices confessarii præmitterent absolutionem à suspensione, & interdicto extra articulum mortis, cum à neutra harum censurarum possint vllum absoluere, (28.) sicut nec dispensare vllum possunt ab irregularitate etiam in articulo mortis ex cõmuni DD. sententia. Henriq. *de excom. lib.*13.*cap.*51.*num* 3. Sayr. *de cens. l.v. cap.* 15. *num.* 22. Quia tamen probabilis videtur sententia quemcunque Sacerdotem habentem facultatem absoluendi à mortalibus, posse etiam absoluere non

solum

solum ab excommunicatione, sed etiam ab aliis censuris nemini reseruatis, ideo forte in forma absolutionis à peccatis præmitti solet absolutio ab excommunicatione, suspensione, & interdicto. Vide Bonac. *de cens. d.* 113. *punct.* 3.

Capvt II.

De Materia Sacramenti Pœnitentiæ.

(29.) Materia Sacramenti huius, seu vt inquit Conc. Florentinum in decreto vnionis quasi materia (absolute enim materia dici solet tantum illa, quæ est manu tractabilis, vt fere est materia aliorum sacramentorum) sunt tres actus pœnitentis, Contritio, Confessio, & Satisfactio, qui vocari etiam solent tres partes pœnitentiæ.

Scire autem primo debet confessarius, quamuis DD. duplicem materiam in hoc Sacramento distinguere soleant, (30) & aliqui triplicem videlicet propinquam, quam dicunt esse dictos tres actus: remotam quam dicunt esse peccatum post Baptismum commissum, tũ mortale, quod vocant materiam necessariam (31.) (quia necessario confitendum est) tum veniale, quod vocant materiam sufficientem, quia sufficit ad

 abso-

absolutionem obtinendam, sed non tenemur illud confiteri: & remotissimam, quam dicunt esse personam ipsam pœnitentis, quamuis inquam hæc triplex materia distinguatur: quærenti tamen absolute quæ sit materia, vel quasi materia sacramenti pænitentiæ respondendum est esse dictos tres actus. ita enim respondet Conc. Florentinum supra, & Conc. Trid. *sess.* 14. *c.* 3. & merito. Materia enim sacramenti est pars essentialis sacramenti, non ita peccatum, vel persona pænitētis: & materia sacramēti simul cū forma est signū, & causa gratiæ, peccatum vero nō gratiæ, sed damnationis signū, & causa est. Persona etiam pœnitentis nec signum est gratiæ, nec causa. Non est tamen inutile distinguere dictas tres materias, tū quia id deseruit ad clarius cognoscendā veram & propriam sacramenti pœnitentiæ materiam, quæ vt dixi, sunt dicti tres actus; tum etiam quia de singulis his materiis debet confessarius aliquid scire.

(32.) Verum de materia remotissima, id est, de persona absoluenda satis est scire illa quinque, quæ initio diximus requiri in pœnitente, vt hoc sacramentum possit suscipere.

De

De materia vero remota, id est de peccato, debet confessarius tantum scire, vt possit discernere peccatum à non peccato. si enim pœnitens nullum confiteretur peccatum, sed tantum paruas virtutes, (vt quidam faciunt præsertim in reconciliationibus) non est absoluendus. Et quamuis ad discernendum peccatum, quod est contra ius naturale, alicui possit forte sufficere bonũ iudicium naturale, non tamen ad discernendum peccatum quod est contra ius positiuum. Quare tenetur quilibet confessarius discere constitutiones Synodales, & alia iura saltem quæ communiter non ignorantur. Vasquez *de pœnit. q. 93. art. 3. num. 2.*

Plura discere debet confessarius de materia proxima, & propria sacramenti pœnitentiæ, quæ sunt dicti tres actus, quare de horum singulis dicendum est.

CAPVT III.

De Contritione.

(33.) DE Contritione, quæ est prima pars materiæ proximæ, & propriæ sacramenti pœnitentiæ scire debet confessarius præcipue duo.

1. Quid sit.
2. Quotuplex sit.

absolutionem obtinendam, sed non tenemur illud confiteri: & remotissimam, quam dicunt esse personam ipsam pœnitentis, quamuis inquam hæc triplex materia distinguatur: quærenti tamen absolute quæ sit materia, vel quasi materia sacramenti pænitentiæ respondendum est esse dictos tres actus. ita enim respondet Conc. Florentinum supra, & Conc. Trid. *sess.* 14. *c.* 3. & merito. Materia enim sacramenti est pars essentialis sacramenti, non ita peccatum, vel persona pænitẽtis: & materia sacramẽti simul cũ forma est signũ, & causa gratiæ, peccatum vero nõ gratiæ, sed damnationis signũ, & causa est. Persona etiam pœnitentis nec signum est gratiæ, nec causa. Non est tamen inutile distinguere dictas tres materias, tũ quia id deseruit ad clarius cognoscendã veram & propriam sacramenti pœnitentiæ materiam, quæ vt dixi, sunt dicti tres actus; tum etiam quia de singulis his materiis debet confessarius aliquid scire.

(32.) Verum de materia remotissima, id est, de persona absoluenda satis est scire illa quinque, quæ initio diximus requiri in pœnitente, vt hoc sacramentum possit suscipere.

De materia vero remota, id est de peccato, debet confessarius tantum scire, vt possit discernere peccatum à non peccato. si enim pœnitens nullum confiteretur peccatum, sed tantum paruas virtutes, (vt quidam faciunt præsertim in reconciliationibus) non est absoluendus. Et quamuis ad discernendum peccatum, quod est contra ius naturale, alicui possit forte sufficere bonũ iudicium naturale, non tamen ad discernendum peccatum quod est contra ius positiuum. Quare tenetur quilibet confessarius discere constitutiones Synodales, & alia iura saltem quæ communiter non ignorantur. Vasquez *de pænit. q. 93. art. 3. num. 2.*

Plura discere debet confessarius de materia proxima, & propria sacramenti pœnitentiæ, quæ sunt dicti tres actus, quare de horum singulis dicendum est.

CAPVT III.

De Contritione.

(33.) DE Contritione, quæ est prima pars materiæ proximæ, & propriæ sacramenti pœnitentiæ scire debet confessarius præcipue duo.

1. Quid sit.
2. Quotuplex sit.

atque vtrunq; discendum in primis est ex Conc. Trid. s14. c. 4. non omissis tamen iis, quæ vtilia ad praxim adduntur à grauioribus DD. Docet autem Conc. Contritionem esse dolorem, ac detestationem de peccato commisso cum proposito non peccandi de cætero. esse vero duplicem. vnam caritate perfectam, quæ delet peccata etiam ante cõfessionem, non tamen absque voto, seu proposito confitendi (& hæc sola absolute contritio dici solet, & ita deinceps à nobis dicetur) alteram imperfectam, quæ Attritio vocatur, & concipitur ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ, ac pœnarum metu. Et hæc quidem ante confessionem non iustificat, vt facit contritio, sufficit tamen cũ sacramento ad iustificandum, si voluntatem peccandi excludat cum spe veniæ. Hæc omnia docet Concil. Trid. vt notat etiam Suarez *de pœnit. disput.* 15. *sect.* 4. quæ sunt valde notanda, & primo loco scienda.

An vero præter hanc contritionem, & attritionem (quarum vtraque facit sacramentum pænitentiæ esse validum, & formatum, id est conferens gratiam) detur aliqua alia Attritio, quæ quidem

non

non faciat sacramentum esse formatum, faciat tamen esse validum, & non iterandum, negant aliqui, sed plures & grauiores DD. affirmāt, & merito, quia saltem quando pœnitens bona fide putat se esse bene dispositum, & absoluitur, recipit sacramentum pœnitentiæ validum, & satisfacit præcepto ecclesiastico confessionis annuæ, & præcepto diuino confitendi ante communionem, & in necessitate, etiamsi vere nec contritus, nec attritus esset attritione illa Conc. Trid. ita docet S. Bonau. *in* 4. *d.* 17. *parte* 2. *art.* 2. *q.* 3. his verbis. Ad sacramentum pœnitentiæ non est necesse, quod accedat habens caritatem, vel dispositionem ad charitatem sufficientem secundum veritatem; sed sufficit secundum probabilitatem. Similia habet S. Thomas *in eadem dist.* 17. *q.* 3. *artic.* 4. *quæst.* 1. vbi etiam addit de pœnitente, qui aduertit se in præteritis suis confessionibus non habuisset debitam dispositionem, eum non teneri eas confessiones repetere, sed satis esse confiteri illum defectum, quem S. Thomas & alij Theologi vocant fictionem, quod est valde notandum ad tollendos scrupulos, vt bene ait Victoria. *q.* 157. An vero

confessio sit valida etiam quando in ea pœnitens aduertit suam fictionem, id est suam indispositionem, certum est non esse, quando non confitetur etiam illam suam dispositionem, tunc enim confessio non est integra: imò etiam si illam in dispositionem confiteatur idque non solum propter suspitionem, vt multi confiteri solent, sed propter certitudinem, quam de illa sua indispositione habet, confessio non erit valida (quicquid aliqui dicant) sed iteranda, nisi in ipsa confessione ante absolutionem abijciatur talis indispositio, & sumatur debita dispositio, quæ consistit in quinque suprad.

(35.) Secundo sciat cõfessarius, quod quamuis cõfessio facta bona fide supradicta sit valida, non potest tamen talem confitentem absoluere, si eius defectum aduertat; sed tenetur eum reducere ad dictam contritionem, vel attritionem. (36.) ad quam si probabiliter putet eum peruenisse debet absoluere, dubitet debet credere pœnitenti asserenti se peruenisse, nisi oppositum confessario constet, vt dix. *cap.* 1. §. 3. Constat autem quando pœnitens nollet dimittere statum peccati mortalis, vel nollet restituere

tuere, quod restituere tenetur, vel nollet adire superiorem per se, vel per aliũ, quando habet casum reseruatum, vel nollet satisfacere obligationibus, quas habet ratione sui status, aut officii, aut alius specialis causæ, vt Voti, &c. Et hæc est causa cur confessarius teneatur scire tantum, vt possit discernere non solum peccatum à non peccato (ad quod tenetur, vt possit cognoscere materiam remotam absolutionis, vt dixi *capite secundo.*) (37.) sed etiam peccatum mortale à ven. & casus obligantes ad restitutionem, (quos propterea ponemus in fine huius Memorialis) & casus reseruatos, & excommunicationes reseruatas, quæ cum aliis censuris habentur in alio Memoriali, & peccata tum communia omnibus fidelibus, tum propria cuiusque status, & officii saltem, ea quæ communiter à viris mediocriter doctis non ignorantur. Hanc autem mediocrem scientiam, & sufficientem ad audiendas confessiones sine proximo periculo peccati m. videntur habere ex Syluestr. *confessor. 3. numer.* 2. & aliis DD. ab eo citatis, qui attente legerint, & intel-

intellexerint aliquam summam casuum conscientiæ, vt est illa breuis S. Antonini, quam inscripsit Defecerunt, nisi sit vel naturaliter stultus, vt non sciat dubitare; vel præsumptuosus, vt nolit interrogare. ita Syluest.

Tertio scire consequenter debet cōfessarius peccata m. communia omnibus fidelibus esse illa, quæ sunt contra præcepta obligantia omnes fideles. Quæ præcepta sunt duplicia,

Quædam sunt diuina,

Quædam sunt humana,

Diuina sunt item duplicia.

Quædam naturalia, id est naturali lumine cognoscibilia,

Quædam supernaturalia, quæ videlicet non possunt cognosci lumine naturali, sed tantum ex Dei reuelatione.

Præcepta Diuina naturalia omnia in Decalogo continentur expresse, vel implicite. Hinc omnes scire debent Decalogum, & expedit, vt aliquam eius explicationem cognouerint ex Catechismo Romano.

Præcepta Diuina supernaturalia sunt 4.

Primò. Præceptum Fidei supernaturalis, quod sub m. omnes obligat hoc tem-

tempore legis nouæ ad credendum explicite, & consequenter sciendum articulos fidei, quo ad substantiam, saltem eos, qui ab ecclesia solemnizantur, & sunt tres de Trinitate, id est, primus, secundus, & octauus Symboli Apostolorum, quibus habetur Deum esse vnum in essentia, & trinum in personis, & quinque de Christo D. quibus habetur Christum, i. e. secundam personam diuinam incarnatam esse, & natam ex B. Virgine, passam esse, se resurrexisse, & ascendisse in cælum, & inde venturam ad iudicium.

Addit Nau. *præl.* 4. *num.* 35. credendum etiam esse explicite duodecimum articulum, id est vitam æternã, & mortem æternam, quia ecclesia etiam hunc articulum celebrat non solum per finem Symboli Apostolorum, & Niceni, & Athanasij, sed etiam per festum particulare omnium defunctorum, cæterorum vero articulorum, quos non adeo solemnizat ecclesia, ignorantiam tanquam mortiferam, inquit Nau. *cap.* 11. *num.* 22. non auderem condemnare, modo saltem implicite credatur quicquid Ecclesia Romana credendum præcipit.

Secundò, Præceptum spei supernatu-

ralis, quod obligat sub m. omnes fideles ad sperandum se ex Dei gratia, & propria cooperatione consecuturos, non solum finem vitæ æternę, sed etiam media ad tantum finem consequendum necessaria, tam Spiritualia, quam Temporalia, quæ omnia habentur in Oratione Dominica, quam propterea omnes fideles discere, & intelligere saltem quod ad substantiam, quam modo indicaui, tenentur. sed melius est discere *ex d. Cat.*

Tertiò. Præceptum caritatis supernaturalis erga Deum, se, & proximum, quod obligat sub mortali ad amandum DEVM fide cognitum super omnia, & proximum sicut nos ipsos. nomine autem proximi intelliguntur omnes creaturæ rationales præter dæmones, & damnatos.

Quartò. Præceptum sumendi Baptismum, & postea alia saltem duo sacramenta, id est Pœnitentiam, & Eucharistiam tempore necessitatis, etiamsi ab Ecclesia ad ea duo Sacramenta sumenda non essemus obligati. & hæc sunt. Præcepta Dei, quæ omnes statim atque ad vsum rationis peruenerint, si eis sunt sufficienter proposita, tenentur

sub

ſub m. credere eſſe præcepta Dei, & rectè obſeruare, ac conſequenter ſcire etiam modum ea recte obſeruándi, qui (vt breuiter dicam) eſt credere dictos articulos non ſolum quia ſint conſoni rationi, vel homo aliquis eos dixit, ſed quia DEVS ipſe dixit, qui nec fallere, nec falli poteſt: item ſperare ſperanda modo dicto, id eſt non ex ſolis naturæ noſtræ viribus, ſed ex gratia, id eſt auxilio DEI, quod propter CHRISTI merita datur indignis, ſed. cooperantibus. ſimiliter amare amando modo debito, id eſt ſupra dicto. denique ſuſcipere ſacramenta Baptiſmi quidem ſaltem cum attritione, & Pœnitentiæ cum quinque conditionibus ſupradictis, Euchariſtiæ vero cum præuia confeſſione peccatorum ſaltem mortalium, & ieiunio naturali, atque cum fide explicita præſentiæ Chriſti Domini in hoc ſacramento.

(39.) Præcepta humana ab omnibus fidelibus ſeruanda ſunt quinque vulgata Eccleſiæ præcepta ſatis omnibus nota. modus vero debitus quo ſeruanda ſunt, patet ex dictis, quoad duo præcepta confitendi videlicet ſaltem

semel in anno,& communicandi saltem in paschate. Quod vero spectat ad præceptum audiendi Missam diebus festis, satis est ad vitandum p. m. non omittere partem Missæ notabilem, qualis est ab initio vsque ad euangelium exclusiue,ex Nau. *c.21.nu.2.* satis etiam est ad hoc præceptum humanum seruandum deuotio exterior ex Syluest. *Missa 2.q 6.* Quod denique spectat ad preceptum de decimis soluendis, certum est obligare sub m. cum onere restituendi quando ab Ecclesia petuntur, alias non. ex D. Thom. 2. 2. *quæst.* 87. *art.*1. *ad quintum in fine.*

Quartò, quo ad peccata non communia omnibus fidelibus, sed propria cuiusque status, & officiis,sciendum est non omnes confessarios omnia huiusmodi peccata scire teneri (quod esset onus intolerabile) sed sufficere,vt quilibet confessarius sciat peccata illorum statuum,& officiorum, quorum statuũ, & officiorum homines vt plurimum habet sibi confitentes, ita Toletus *lib.* 3. *cap.*15.*num.*2. Hinc confessarius qui clericos frequenter audit,debet habere scientiam de Irregularitatibus, vel saltem de illis scire dubitare. Nau. *cap.* 1. *§. caueat*

ueat. num. 27. de poen. d. 5. & idem de suspensionibus dicendum est, & de praeceptis clericorum propriis, quę omnia habentur in Memoriali sciendorum à clericis. Similiter confessarius, qui frequenter audit Moniales, vel Mercatores, vel Forenses, vel aliorum statuum personas debet de peccatis illorũ statuũ propriis, vidisse, & intellexisse saltem quae in summa aliqua casuum conscientiae continentur, vt supra cum Syluestro diximus. alias peccat iuxta periculum, cui se exponit, excepto articulo mortis, & casu, quo poenitentis scientia suppleret pro ignorantia confessarii. Caiet. v. *confessori necessaria.* Verum quia poenitens magis quàm confessarius tenetur scire suas proprias obligationes, ideo debet confessarius interrogare poenitentem, an sciat obligationes sui status, & officii, & an aliquas alias habeat, vt puta ratione voti, iuramenti, testamenti, pacti, &c. vel dubitet se habere, nec absoluet illum, cum nouerit, vel dubitauerit esse in statu peccati m. nisi prius dubium rationabiliter deposuerit, quod sit adhibita diligẽtia in inquirenda veritate, prout opus est in negotio ad ęternã salutem spectante. Quod si post talem dili-

diligentiam adhuc confessarius perseueret dubius, si dubitatio sit de adimpletione legis cuius vis obligandi certa sit, & dubitatio sit solum de adimpletione legis, non debet absolui, nisi qui velit legem adimplere. Si vero dubitatio sit de vi obligandi legis censetur lex non sufficienter publicata: vnde non obligat, consequenter potest absolui, qui non vult eam seruare imo & debet à confessario, qui parochus eius sit, vel eius peccata audiuerit similiter non debet absolui recusans implere votum, quod scit se emisisse, sed nequit recordari, an illud iam impleuerit, quia excusatio dubia non tollit obligationem certam. Sanchez *l.* 1. *decalogi cap.* 10. *num.* 34. 35. 36. & Reginald. *in praxi compendiaria. quæst.* 7.

Quinto, scire debet confessarius modos aliquos iuuandi pœnitentes declinantes siue ad dextram (conscientiam videlicet nimis arctam, qualis est scrupulosorum) siue ad sinistram, id est ad conscientiam nimis laxam, qualis est confitentium sine firmo proposito cauendi de cætero, vel sine detestatione peccatorum præteritorum.

Et quidem quo ad scrupulosos exigen-

gendum est ab eis, vt nihil sibi credant, sed suum iudicium subijciant Iudicio confessarii, vel duorum aut trium fide dignorum. quod si facere nolint, sed suum iudicium, sequi velint, non admittantur ad confessionem nisi peccatorum eorum, quæ ita certo norint esse m. vt velint de eo iurare. (40.) Reginaldus *in praxi compend. quæst.* 8. Quo ad carentes proposito, vel dolore, seu detestatione iuuandi sunt inculcando eis diuinam seueritatem contra impœnitentes, & Diuinam Bonitatem, ac Misericordiam erga pœnitentes. qua in re Confessarius spiritu compassionis potius duci debet, quam indignationis. absoluendus tamen non est, qui propositum vitandi mortalia non conceperit, qui vero propositum hoc habuerit absoluendus est, etiamsi dolorem se dicat non habere, modo doleat, quod non doleat tantum, quantum debet, & vellet. Nau. *cap.* 10. *num.*4. & Reginaldus *in d. praxi. q.* 4. 5. & 8.

Capvt IV.

De Confessione.

DE Confessione, quæ est secunda pars pœnitentiæ confessarius scire debet præcipue tria,

1. Quid

Cap. IV. De Confessione.

1. Quid sit.

2. Quatenus esse debeat, seu quæ conditiones sint necessariæ.

3. In quibus casibus sit nulla, & consequenter iteranda.

(42.) Quoad primum. Confessio, de qua hic loquimur, & dicitur cōfessio sacramentalis, est peccatorum, quæ post Baptismum commissa sunt manifestatio facta confessario ad obtinendam eorum absolutionem, seu, vt inquit Catechismus Romanus, est peccatorum accusatio eo suscepta, vt virtute clauium veniam impetremus. Hinc si fur accederet ad confitenda sua peccata, vt confessarium deciperet: vel mulier, vt eum solicitaret ad peccandum, illa non esset confessio sacramentalis. quare nec caderet sub sigillum, sed posset confessarius de hoc certus peccata vtriusque reuelare sine sacrilegio.

(43.) Quoad secundum conditiones confessionis afferri sexdecim, sed necessariæ sunt tantū quatuor. Tolet. *li. 3. c. 7.*

Prima, & præcipua vt sit integra.

2. Vt sit diligens,

3. Vt sit fidelis,

4. Vt sit obediens.

(44.) Primo debet confessio esse integra.

tegra, ita vt pœnitẽs habeat verum animum confitendi omnia, & singula sua peccata, quæ nouit, vel dubitat esse mortalia, eaque confiteatur prout potest, videlicet certa pro certis, dubia pro dubiis confitendo, nec tacendo circumstantias speciẽ mutantes, atq; si numerũ determinatũ suorũ peccatorũ ignoret, dicat saltẽ de tempore, quo peccatũ commisit, an semel in hebdomada, vel bis, &c. Qui sic confitetur, dicitur cõfiteri cum integritate formali, & materiali. Et quidem confiteri cum integritate formali, seu quod idem est, cum animo parato ad nullum peccatum suum m. tacendum, est semper necessarium, nec casus vllus excipitur. Confiteri vero etiam cum integritate materiali non semper est necessarium. Nam in quinque casibus excusari quis potest. loquimur autem solum de confessione peccatorum m. quia peccata v. sicut non tenemur confiteri, ita possumus aliqua dicere, aliqua tacere.

(45.) Primus casus est cum pœnitens post examen conscientiæ, aliqua peccata non recordatur, vel recordatur quidem, sed bona fide putat non esse.

Secun-

Secundus casus est, cum non potest sua peccata m. exprimere, vt quia amisit loquelam, vel factus est amens, postquam confessarium petiit, &c.

Tertius est cum habet peccata reseruata, & ea superiori confitetur, qui mittit eum ad alium confessarium huic tamen confessario debet omnia sua peccata & non reseruata, & etiam reseruata confiteri.

Quartus cum habet peccatum, ex quo manifestato in confessione sequeretur pœnitenti, vel Confessario, vel tertiæ personæ damnum temporale graue in vita, vel fama, vel pecunia; vel sequeretur aliquod malum spirituale. Vt si quæ mulier incidit in peccatum carnale, & probabiliter cognoscit, quod ex tali peccati confessione confessarius sumet occasionem sollicitandi eam. In hoc casu, & similibus quærendus est alius confessarius. quod si non possit, taceri potest tale peccatum cum animo illud confitenti quando alium inuenerit confessarium. Nauar. *capit*. 7. Caiet. v. *confessio*. Sotus *distinct*. 18. *quæst*. 2. *artic*. 5. Tolet. *lib* 3. *cap*. 8. Quando tamen ex confessione alicuius peccati non sequeretur, nisi infamia ter-

tiæ

tiæ personæ apud ipsum confessarium, tunc peccatum esset confitendum secundum communiorem DD. sententiam contra Nau.

Quintus casus est, cum quis confiteretur peccata alias rite confessa, quia ista non tenetur amplius confiteri. quare si eorum aliqua omittat, & aliqua confiteatur (modo illa, quæ nunquam confessus est non omittat) confessio est integra.

2. Confessio debet esse diligens, vt videlicet pænitens fecerit prius examen conscientiæ, vt supra dixi & omnia peccata m. in examine inuenta diligenter confiteatur.

3. Debet esse Fidelis, id est vere non autem mendax, ita vt non confiteatur, pœnitens peccata m. quæ scit se non fecisse. mentiri tamen in confessione solum circa peccata venialia est solum peccatum v. ex communi sententia contra Caiet.

4. Debet esse obediens ita vt confitens habeat animum obediendi confessario non solum quantum ad faciendam pœnitentiam, seu satisfactionem, de qua capite sequenti. sed etiam quantum ad alia sibi à confessario iniuncta

vt

vt restituere, vitare occasiones proximas, satisfacere suis obligationibus, &c.

(47.) Quoad tertium, casus, in quibus confessio est nulla, & consequenter iteranda, sunt in duplici differentia.

Quidam enim sumentur ex parte confessarij, quando non habet ea, quæ in eo requiruntur ad hoc sacramentum valide ministrandum. & isti casus sunt quinque, quia licet decem sint, quæ in confessario adesse debent, vt licite, id est, sine peccato m. absoluat sicut initio diximus, tamen ad valide absoluendum sufficiunt quinque.

1. Sacerdotium. quare si confessarius non sit sacerdos, confessio est nulla, & iteranda.

2. Iurisdictio super pœnitentem non sublata, vel impedita, siue per ea, quæ iurisdictionem omnem auferunt, vt aufert degradatio, & defectus approbationis Episcopi: siue per ea, quæ iurisdictionis vsum annullant, vt annullat censura nominatim denuntiata, & publica clerici percussio, non ita aliæ censuræ, quàuis enim reddant vsum iurisdictionis illicitum (nam peccat m. qui censura ligatus etiam occultus se ingerit ad

mini-

ministranda Sacramenta, & fit etiam irregularis) non tamen eum annullant, etiamsi essent censuræ notoriæ, modo inquam non sint nominatim denunciatæ. Nau. *cap. 9. num. 6.* idem de irregularitate. Docet Auila *p. 7. disput. 2. dub. 6. in fine.*

3. Attentio confessarij ad peccata m. circumstantias necessario confitendas. quare si confessarius ob somnum, aut ob aliquam aliam causam non aduertit aliquod peccatum m. vel circumstantiam necessario confitendam, confessio est nulla, & iteranda, secus est, si peccata v. vel circumstantias non necessarias non aduertat. Aug. *conf. p. numer. 22.* Reginaldus *l. 6. num. 146.*

4. Prolatio formæ cum debita intentione. quare si confessarius non protulit ore verba essentialia absolutionis, vel protulit quidem, sed non habuit debitam intentionem, nec actualiter, nec virtualiter, confessio est nulla, & iteranda vt patet.

Addunt aliqui etiam confessionem reddi nullam ex parte, seu ex defectu confessarii, quando habet quidem supradicta, sed de cætero est omnino ignarus. consequenter dicunt quando pœni-

pœnitens aduertit ſe tam ignaro confeſſario fuiſſe confeſſum, teneri repetere confeſſionem, ſed oppoſitum rectè docet Suarez *de pœn. diſp.* 28. *ſ.* 2. *cap.* tum quia in articulo mortis valet abſolutio data à confeſſario omnino ignarus. tum quia ſi talis abſolutio eſt nulla, magna confeſſio oriretur in Eccleſia, cùm plurimi reperiãtur confeſſarij valde ignari. peccat tamen talis confeſſarius extra articulum mortis audiens confeſſiones, ſed abſolutio tenet, & confeſſio eſt valida, & non iteranda modo tamen ignorantia confeſſarii non redundet in pœnitentem, ita vt propter ignorantiam confeſſarii defuerint pœniti aliqua ex iis, quæ in ipſo requiruntur, vt confeſſio ſit valida, & ſunt quinque.

Primum eſt ſubditum eſſe confeſſarii, confitetur.

Secundum eſt vſus rationis, & intentio confitendi ſaltem eo tempore, quo confeſſarium deſiderauit. ſi enim poſtea amiſerit vſum rationis, & fuerit abſolutus cenſetur adfuiſſe confeſſio valida. Si tamen iſte recuperet vſum rationis, & poſſit confiteri, tenetur, ſicut etiam qui in confeſſione oblitus eſt

eſt peccata m. cum ea poſtea recordatur tenetur confiteri. Regin. *l.* 8. *num.* 29.

Tertium eſt examen conſcientiæ ſaltem tale quale neceſſarium eſt ad confeſſionem integram faciendam, ſeu quale pęnitens putauerit bona fide eſſe ſufficiens.

Quartum eſt confeſſio integra formaliter, & materialiter exceptis tamen quinque caſibus ſupradictis, & excepto etiam caſu, quo pœnitens bona fide putauerit ſuam confeſſionem fuiſſe integram, quamuis vero non fuerit. S. Bonau. *ſupra* & Reginaldus *l.* 6. *n.* 168.

Quintum eſt contritio, vel attritio ſupra explicata ex Concil. Trid. excepto caſu, quo quis bona fide putet ſe contritum, vel attritum, quamuis vere non ſit ex S. Bonau. & S. Thoma ſupra, &c. Excipiunt aliqui caſum alium, & eſt, quando quis ignorat ſe eſſe bene diſpoſitum ex ignorantia non quidem affectata, neque craſſa, aut ſupina, ſed tamen culpabili moraliter, ita Sotus *in* 4. *diſt.* 18. *q.* 3. *art.* 3. *concl.* 3. ſed videtur opinio periculoſa, præſertim propter difficultatem diſtinguendi in praxi talem ignorantiam à craſſa, ſeu ſupina.

Cap.

CAPUT V.

De Satisfactione.

(48.) SAtisfactio, quæ est tertia pars pœnitentiæ, & vulgo dicitur pænitentia, sunt illa opera, quæ à confessario imponuntur pænitenti in compensationem pœnæ temporalis, quam pænitens plerumq; subire debet remissa ei culpa, & pœna æterna per absolutionem sacramentalem. Debet autem confessarius de hac tertia pœnitentiæ parte scire.

(49.) Primo, hanc partem non esse essentialẽ, sicut sunt aliæ duę, (50.) sed solũ esse integralẽ, sicut v. g. est manus in homine, quia potest esse sacramentum pœnitentiæ validum, & etiam formatum. i. e. conferens gratiam sine satisfactione, vt patet in articulo mortis quando deest tempus eam imponendi, & etiam extra articulum mortis, quando pænitens esset tam intense contritus, vt confessarius non dubitet totam pœnam esse ei remissam. Suarez *d.* 38. *sect.* 3. *num.* 4.

(51.) Secundo tamen scire debet cõfessarius se esse sub m. obligatum imponere pœnitenti (extra dictos casus, qui

rari

rari sunt) satisfactionem, & non qualemcunque, sed eam, quam prudenter putet esse iustam, vt docet Concil. Trident. *sess.* 14. *cap.* 8. his verbis. debent sacerdotes quantum Spiritus, & prudentia suggesserit pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate conuenientes satisfactiones iniungere ne si forte peccatis conniueant, & indulgentius cum peccatoribus agant leuissima quædam opera per grauissimis delictis iniungendo alienorum peccatorum participes efficiantur. Hæc Concil. Nec obstat, quod pœnitentiæ dicantur esse nunc arbitrariæ, id enim dicitur, non quia id relinquatur arbitrio confessarii cuicunque, sed prudenti, & quia non est confessarius nunc alligatus canonibus pœnitentialibus, ita vt teneatur illas pœnitentias imponere, quas illi canones præscribunt, siue quo ad quantitatem, siue quo ad qualitatem. imò forte nunquam tales pœnitentiæ impositæ sunt in foro interno, sed solum in foro externo, vt vult Nau. *cap.* 26. *numer.* 18. & Reginald. *de prud. conf. cap.* 18. *sect.* 1. Non frustra tamen in c. Quæ ipsis. dist. 38. dictum est vix sacerdotis

nomen in eo constare, qui tales canones ignorauerit, quia nimirum quamuis solus Deus sciat iustam pœnitentiam singulorum peccatorum, tamen diuino impulsu directi SS. PP. pro tali peccato talem præscripserunt pœnitentiam, vt pro fornicatione presbyteri pœnitentiam decem annnorum *cap. presbyteri. distinct.* 81. quare per hos canones potest confessarius dirigi, vt conijciat, quæ sit iusta pœnitentia, eamque non debet minuere nisi ex iusta causa, iusta autem causa vna est, quando pœnitens est parum contritus, ita vt periculum sit, ne sicut paruus ignis à multis lignis superpositis de facili extinguitur; ita paruus affectus contritionis propter graue onus satisfactionis extinguatur peccatore totaliter desperante, vt ait D. Thom. *quodl.* 3. *art.* 28. alias quatuor iustas causas ponit Nauarr. *cap.* 26. *num.* 21. & Tol. *lib.* 3. *cap.* 11.

Secunda igitur est, quando contritio pænitentis est valde intensa.

Tertia, quando pænitens vult suscipere Iubilæum, vel alias Indulgentias.

Quarta, quando impedimentum habet, quia est senex, vel debilis, &c.

Quin-

Quinto, quando ei iniunguntur in partem pœnitentiæ omnia bona opera quæ faciet. non enim tenetur confessarius iniungere pœnitenti per modum præcepti totam pœnitentiam, quam iudicat ab eo esse promeritam, vt dicit S. Tho. *supra.* (53.) Semper tamen aliquam per modum præcepti inungere debet, & pœnitens debet eam acceptare exceptis duobus casibus supradictis ex communiori DD. sententia.

(54.) Tertio scire debet pœnitentiam talem esse imponendam quæ & sit vindicta contra peccata confessa & sit remedium etiam contra reciduum, sicut docet Concil. Trident. *Sess.* 14. *cap.* 8. his verbis. Habeat autem præ oculis, vt satisfactio, quam imponit, non scit tantum ad vitæ nouæ custodiam, & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad peccatorum præteritorum vindictam. Hæc Conc.

(55.) Quarto scire debet hanc pœnitentiam imponi posse non solum de operibus alias indebitis, sed etiam de debitis, vt sunt ieiunia præcepta ab Ecclesia, atque etiam restitutiones ad quas pœnitens forte tenetur (56.) item imponi posse hanc pænitentiam

in operibus peragendis à pœnitente per se, vel per alium. (57.) Si tamen confessarius id non exprimat, pœnitentia semper intelligitur imposita de operibus aliàs indebitis, & per ipsum pœnitentem non per alium peragendis. Toletus *lib. 3. cap.* 11.

(58.) Quinto sciendum etiam confessario est pœnitentiam ab alio confessario impositam non posse à se mutari, quando fuit imposita pro peccatis reseruatis, à quibus ipse non potest absoluere, eiusdem enim est soluere, & ligare. Quod si pœnitentia imposita fuisset pro peccatis à quibus potest absoluere, tunc si subest causa rationabilis potest pœnitentiam mutare, & etiam minuere. vt quando videt pœnitentem eam non impleuisse, & timet etiam non impleturum, vel videt pœnitenti non esse aptam, nec opus est, vt pœnitens repetat peccata pro quibus talem pœnitentiam accepit. vt notat Tol. *lib. 3. cap.* 11. *num.* 5. *in fin.*

(59.) Si vero pœnitens fuisset oblitus pœnitentiam, debet confessarius eum interrogare fuerit obligatus ad restitutionem, vel occasionem peccati m. proximam habeat, vel frequens aliquod

quod reciduum, ita vt pœnitentiam non solum satisfactoriam (quæ facile potest minui volenti lucrari Indulgentias) sed etiam necessariam, & in remedium imponere possit, alias repetẽda est confessio. Vide Reginald. *de prud. conf. cap.* 20.

CAPVT VI.

De annexis materiæ Sacramenti Pœnitentiæ.

MAteria huius Sacramenti, vt patet ex dictis, sunt tres actus pœnitentis. seu quod idem est confessio facta cum contritione, & satisfactione supra explicatis confessario potenti absoluere. Huic materiæ, quæ est de necessitate sacramenti annexa sunt aliqua de necessitate præcepti, & aliqua de congruitate, sicut similiter diximus de forma huius eiusdem sacramenti.

(60) De necessitate præcepti humani, & ecclesiastici notum est teneri omnes fideles, qui ad annos discretionis peruenerunt saltem semel in anno confiteri sua peccata m. post baptismum commissa, & nunquam confessa, sed præter hoc præceptum annuæ confessionis, sunt septem, alia præcepta de

confessione duo humana, & quinque diuina.

Primum habetur in clementina prima *de statu monachorum. §. sane*, quod obligat Monacos S. Benedicti ad duodecies in anno confitendum semel scilicet singulis mensibus. alii vero Religiosi saltem de honestate idem facere debent, Nau. *cap. 2. num. 9.*

Secundum habetur in Concil. Tridentat. *sess.* 13. *cap.* 7. & obligat Sacerdotes, qui habentes peccatum m. celebrarunt propter aliquam necessitatem non præmissa confessione, his enim præcipit Conc. vt statim post Missam quærant confessarium, & confiteantur. idem de congruitate facere deberent etiam alii omnes, qui habentes peccatum m. propter aliquam necessitatem, vt v. g. ad vitandum scandalum communicarunt non præmissa confessione, imo hoc etiam ex eodem præcepto Conc. Trid. teneri ad quamplurimum confitendum dicit Nau. *cap.* 2. *num.* 10. sed merito refutatur à Suarez *tom.* 3. *disp.* 66. *sect.* 8.

Tertium præceptum est diuinum, & obligat ad confitendum peccata m. in quinque casibus. quare est præceptum quintuplex.

Pri-

Primus casus, & præcipuus est articulus mortis, & nomine articuli mortis intelligitur ex communiori DD. sententia omne probabile periculum mortis, cuiusmodi est (inquit recte Nau. *cap.* 3 *num.* 9: *in fine.*) imminens prælium, naufragium probabile, grauis & acuta febris, tempus pariendi saltem quo ad mulierem, quæ nunquam peperit, vel experta est partus difficiles.

Secundus casus est, cum quis vult suscipere S. Eucharistiam, Tertius cum quis est expertus se vinci à tentatione mortalis, nisi confiteatur.

Quartus cum quis vouit, vel iurauit, vel promisit confiteri.

Quintus, cum quis ex conscientia erronea certa, vel dubia putat se teneri ad confitendum, nisi talem conscientiam rationabiliter deponat. vide Reginald. *lib.* 6. *num.* 29.

(61.) Addunt aliqui teneri omnes de iure diuino confiteri statim (62.) atq; in peccatum mortale inciderunt, vel saltem quando putant se suum peccatum m. oblituros. Sed non est reddenda confessio onerosa, quare probabilis & tuta est opposita sententia. S. Thom. *in* 4. *dist.* 17. *q.* 3. *art.* 1. *quæst.* 4.

Soti *dist.* 18, *q.* 1. *a.* 4. *versus finem.* Nauar. *cap.* 21. *num.* 35. &c. Hæc de præceptis Confessionis.

(63.) De congruitate vero est, vt pœnitens confiteatur aperto capite, genuflexus, sine armis, sine vanitatibus, & cum duodecim conditionibus, quas præter quatuor conditiones confessioni necessarias supra explicatas cap. 3. ponunt DD. & vtiles valde sunt, licet non necessariæ, atque omnes sexdecim conditiones his versibus continentur.

Sit simplex, humilis confessio pura, fidelis,
Atque frequens, nuda, discreta, libens, verecunda,
Integra, secreta, lachrymabilis, accelerata,
Fortis, & accusans, & sit parere parata.

De congruitate etiam est obseruatio ordinis, qui est hic.

1. Pænitens se signetur.

2. Petat à confessario benedictionem dicens Benedic. Pater.

3. Dicat Confiteor vsque ad Ideo.

4. Dicat sua peccata.

5. Dicat Ideo precor, &c.
Regin. *l.* 4. *num.* 26.

CAPVT VII.

De centum casibus obligantibus ad restitutionem, qui reuocati sunt ad 20. manus *à S. Antonio par.* 2. *tit.* 2. *cap.* 1. §. 2. *& Io. Viguer. in Cathol. Institut. de virt. Iust.* 50. §. 1. *vers.* 8. *quæ sunt,*

1. Manus fœneratoria.
2. Manus raptoria.
3. Manus furatoria.
4. Manus bellatoria.
5. Manus damnificatoria.
6. Manus participatoria.
7. Manus sacrilega.
8. Manus iniuste iudicatoria.
9. Manus in iudicio inique assessoria.
10. Manus fraudatoria.
11. Manus falsificatoria.
12. Manus proditoria.
13. Manus simoniaca.
14. Manus impeditoria.
15. Manus lusoria.
16. Manus turpis lucri operatoria.

§. 1. *De manu Fœneratica.*

17. Manus locationis, & conductionis vitiatoria.
18. Manus detractoria.
19. Manus personæ læsoria.
20. Manus animarum prædatoria.

§. 1. De quinque digitis Manus fœneraticiæ, id est, quinque peccatis obligantibus ad restitutionem Vsurarium.

1. PEccatum est in pignoribus, quādo scilicet quis pro mutuo alteri facto recipit pignus ab eo rei mobilis, vt vestimenti, equi, & huiusmodi, aut immobilis, vt possessionis, ex quo pignore capit fructum, siue lucrum non computans in sortem, quod vsura est, nisi in casu cap. salubriter de vsuris. de hoc diffuse S. Anton. 2. *p. tit.* 1. *c.* 6. §. 2. *& tit.* 2. *c.* 1. §. 3. breuiter, & accurate Leonardus Lessius *l.* 2. *de Iust. cap.* 20. *dub.* 16.

2. Peccatum est in depositis cum scilicet quis deponit pecuniam apud aliquam, vt vtatur ea saluo tamen capitali suo, & cum intentione principali aliquid percipiendi vltra sortem nulla tamen facta pactione super hoc etiam vsura est. 14. *q.* 3. *c. si fœnerauerit.*

de

de hoc S. Ant. ſup. *c.* 7. §. 35. & Leſſius *l.* 2. *cap.* 20. *dub.* 21. *in fine.*

3. Peccatum eſt in emptionibus, & venditionibus, cum ſcilicet venditur merces vltra iuſtum precium ratione dilationis temporis in ſoluendo precium, & hoc niſi rem illam venditor intendebat ſeruare in futurum; quando tantum, quantum vendit, vel plus ſperabat valituram. Similiter quando quis emit etiam minus iuſto precio, eo quod anticipat tempus ſolutionis pretii antequã recipiat mercem, vt tempore veris triticum recolligẽdum, & hoc niſi dubium eſſet vtrum plus, minuſue ſit res illa valitura. arg. *c. in ciuitate de vſur.* de hoc Sanct. Anton. *ſupra cap.* 8. §. 1. Leſſius *l.* 2. *cap.* 21. *dub.* 6. & 7.

4. Peccatum in cambiis, quæ dicuntur per Venetias, quæ ſunt verè mutua cum vſura, & cum ipſemet ſit ſatisdator ſimulatus, & verus mutuator. *arg.* 14. *q.* 3. *c. plerique.* de hoc S. Ant. *tit.* 2. *c.* 7. §. 47. Leſſius *l.* 2. *c.* 23. *dub.* 7. vbi videtur hoc cambium vocare Beſantinũ, & Placentinum.

5. Peccatum in mutuis cum expreſſis lucri pactionibus, ſiue in pecunia, ſiue

in operibus, siue in aliis, quæ precio possunt existimari. *arg.* 14. *q.* 3. *c. Putat.* de hoc S. Anton. supra *tit.* 1. *cap.* 6. & 8. Lessius *lib.* 2. *cap.* 20. *dub.* 7. & sequentibus.

§. 2. *De manus raptoria quinque digitis, id est peccatis obligantibus ad restitutionem Raptorem.*

1. PEccatum constitit in vsurpatis dominiis Ciuitatum, Castrorum, & villarum, ex quibus omne emolumentum, quod percipitur rapina est, vt patet.

2. Peccatum est in Taliis iniustis, quando scilicet Dominus Ciuitatis imponit collectas vltra debitum consuetudinis, vel statuti, seruitia indebita operatum exigit, & non soluit eis de labore; vel si ciuitas est libera, quando non pro rata imponit ciuibus, sed grauat aliquos nimis, de hoc S. Ant. *p.* 2. *tit.* 1. *c.* 13. Lessius *l.* 2. *c.* 35. *dub.* 1.

3. Peccatum est in pedagiis, & gabellis illicitis, quando s. imponunt Domini terrarum, vel ciues noua pedagia siue licentia Principis, vel etiam si sint antiqua, vel noua cum licentia, non seruant vias tutas, cùm tamen possent.

de

de hoc S. Anton. supra *cap.* 12. §. 6. Lessius *supra.*

4. In latrociniis terrestribus vel maritimis, vel pyratis, qui discurrunt per mare prædando. Ex naufragio etiam in mare proiecta sibi accipere ad rapinam pertinet, vel etiam de repræsaliis illicitis. de quibus S. Ant. *in 3. parte tit.* 4. *cap.* 4. Lessius *lib.* 2. *cap.* 5. *dub.* 8.

5. Peccatum in personis capiendis, & vendendis, quæ liberæ sunt, seu Christianæ. Nam, etsi pagani, vel saraceni capti in bello iustè efficiantur serui capientum, vnde, & vendi possunt, vt serui, & emi; non tamen Christiani. de his S. Ant. *p.* 2. *t.* 2. *c.* 2. §. 6. Lessius *lib.* 2. *cap.* 5. *dub.* 4. *num.* 12.

§. 3. *De Manus Furatoria quinque digitis, id est peccatis obligantibus ad restitutionem Furem.*

1. PEccatum est de inuentorum retentione, quando scilicet quis res alterius inuentas, quæ non habentur pro derelicto, sibi retinet 14. *quæst.* 5. *cap. Multi.* & de hoc S. Ant. 2. *p. tit.* 1. *c.* 15. §. 2. Lessius *l.* 2. *cap.* 14. *dub.* 7.

2. Peccatum in illicita præscriptione, quando quis præscribit aliena mala

fide, sciens scilicet illa esse aliena, nec se ea aliquo iusto titulo habuisse. *de re. in c. possessor. lib.* 6. & de hoc S. Anton. 2.*p. tit.* 1. *c.*15. §.6. *in fine.* Lessius *lib.* 2. *cap.* 6. *dub.* 2. *& sequent.*

3. Peccatum est in rei pignoratæ, commodatæ, vel depositæ vsu, quandó Dominus rei non consentit, & tenetur de vtilitate inde habita, & si amitteretur ex culpa sua, tenetur reddere. & de hoc S. Anton. 2.*p. tit.* 1. *cap.*15. §.3. *&* 4. Lessius *lib.*2.*cap.*3.*dub.*4 *num.*17.

4. Peccatum in occulta rerum vsurpatione siue hoc fiat à filiis de rebus parentum, siue ab vxore de rebus viri ipso nesciente, siue à seruis de rebus dominorum suorum, siue à dispensatoribus de rebus suorum patronorum, siue à discipulis de rebus magistrorum suorum, siue ab extraneis de rebus aliorum etiam si hoc facerent dando inde eleemosynas pauperibus nisi sint in extrema necessitate constituti 14. q. 5. forte, & de hoc S. Anton. 2. *p. tit.* 1. *cap.* 14. §. 2. Lessius *lib.* 2. *cap.* 12.

5. Peccatum in religiosa appropriatione, quando scilicet religiosus recipit aliquid nesciente prælato suo, vel

alteri

alteri dat propinquo, vel extraneo, vel cum occultat, & vt propria retinet acquisita per eum, vel data sibi, non paratus superiori libere assignare. 12. *qu.* 1. *cap.* Non dicatis, & de hoc S. Anton. *in* 1. *parte tit.* 16. *cap.* 1. §.8. Lessius *lib.* 2. *cap.* 4. *dub* 9. *num.* 78.

§. 4. *De Manus Bellatoriæ quinque digitus, id est peccatis obligantibus ad restitutionem Bellantem.*

1. PEccatum est cum Dominus, vel communitas aliqua assumit iniustum bellum. Nam qui ad hoc concurrunt adiuuando, consulendo, cooperando de omnibus damnis illatis aduersariis, etiamsi nihil perueniret ad eos, tenentur satisfacere. 14. *quæst.* 5. *cap. non sane in fine.*

2. Peccatum etsi propter quod tenetur de omnibus damnis, & expensis, quas patiuntur subditi sui qui inuoluntarii sunt, & coacti; Nam vltra expensas, quas faciunt, aliquando ab aduersariis debellantur, & capiuntur ipsi, & bona eorum, varius est enim euentus Belli, *extra de iniur. & dam. da. c. si culpa.*

3. Peccatum est, propter quod qui habes

habet iniustum bellum, ea quæ capit, & destruit, vel hoc fieri permittit à suis, sicut communiter fit, satisfacere tenetur. 23. q. 1. c. militare. Bona autem capta ab inimicis iustè, quæ debent cõdiuidi, occultando, & retinendo sibi, furantur. 24. *q.* 5. *c.* dicat.

4. Peccatum est cum iustè bellans rapit bona ecclesiarum non incastellatarum, aut bona clericorum contrariæ partis; vel etiam viatores, peregrinos, mercatores, & alios innocentes spoliat. *distin.* 86. *cap. in singulis.*

5. Peccatum est, quando habens iustum bellum ex sua inertia, & crassa negligentia non defendit suos, cum possit, & pręcipuè cum est conductus mercede ad bellandum. Et similiter cum posset debellare inimicos, & sic cito guerræ facere finem, vt plus lucretur ex duratione prælij, vel quia corruptus est ab aduersariis, non fideliter negotium gerit, *de iniur. & da. da. cap. si culpa.* Et de his omnibus Anton. *in* 3. *part. tit.* 4. *cap.* 1. *per totum.* Summistæ *v. Bellum.*

§. 5. De Manus Damnificatoria quinq; digitis, id est peccatis obligantibus ad restitutionem eum, qui fuit causa damni.

1. Pec-

§. *De manu damnificatoria.*

1. PEccatum est, cum quis mandat fieri rapinam, furtum, vsuram, vel aliud damnum, & ex hoc sequitur effectus damni, quod alias non fuisset factum, talis tenetur insolidum, etiam si nil peruenit ad eum: sic & tutor, curator, procurator, & factor, & qui pro pupillis, vel pro aliis faciunt contractus vsurarios, si illi pro quibus fecerunt, non satisfaciant, tenentur.

2. Peccatorum est quando quis consulit, ita quod ex illo sequitur damnũ, quod alias non fuisset factum. talis etiam tenetur insolidum, etiam si nil peruenit ad eum, si autem fuisset factum sine etiam illo consilio, sed aliquid plus factum est, ad illud plus tenetur.

3. Peccatum est consensus. s. cooperationis, non mentis tantum, puta, quando duo, vel plures faciunt aliquod furtum, vel damnum simul ita quod vnus non facere sine altero, tenetur quilibet insolidum, secus cum etiam sine illo factum fuisset, tamen cum aliis se reperit ad damnificandum, tunc enim tenetur solum de damno illato per eum. Qui etiam est mediator scienter alicuius contractus fraudulenti, vt sensales, tenentur de damnis.

4. Pec-

4. Peccatum est cum quis adulando, seu laudando aliquem de furto, vel de damno, scilicet quod sit strenuus, & ex hoc inducit eum ad faciendum malum, quod alias non fecisset, & idem est cum detrahendo ad hoc inducit, vt puta dicendo tu es pusillanimis, vel nihil vales, & timidus, & eiusmodi.

5. Peccatum est cum quis receptat fures, & damnificantes, & ex hoc sequuntur damna, vel etiam rem raptam cum quæritur, ipse occultat, propter quod non potest recuperari. Officialis autem qui potest sine periculo suæ personæ obstare ne fiat damnum, vel rapina vel manifestare fures, & ablata, & non facit, tenetur. De his omnibus Sanctus Thomas 2. 2. *quæst* 62 *art* 7. Sanct. Anton. 2. *p tit* 1. *cap*. 12. §. 12. *&* 13. Lessius *lib* 2. *cap*. 1.

§. 6. *Manus Participatoria quinque digitis, id est peccatis obligantibus ad restitutionem Participantem de re aliena.*

1. PEccatum est participando de re furata (vel aliter iniuste accepta) per donationem. Talis enim cui donatur;

natur; cum hoc scit, tenetur reddere Domino eius rem ablatam, donum autem datum ab vsurario (inquit S. Ant.) cum omnia bona sua sint obnoxia restitutioni, tenetur qui accepit reddere, vel ipsi vsurario, vel potius his, quibus vsurarius habet restituere, sed hoc intellige, si donum sit de rebus alienis, quæ in specie extent. Lessius *lib.* 2. *cap.* 20. *d.* 19.

2. Peccatum est per victitationem. familia enim raptoris, vel vsurarii, vel furis, vt vxor, filii, & alii, si habent etiam alia bona comedendo, vel vtendo rebus male ablatis in propria specie peccant, & tenentur de eo, quod cõsumũt.

3. Peccatum est per dotationem, cum enim filia dotatur per eum, qui non habet nisi de vsuris, vel alias male ablatis, maritus, qui hoc nouit, non potest recipere dotem, & receptam tenetur restituere creditoribus soceri, & ipsa etiam filia mortuo marito tenetur restituere dotem. ita S. Antonin. 2. *part. tit. primo. cap.* 6. §. 12. sed ex Lessio supra excipitur casus, quando vsurarius dat dotem de bonis quorum habet dominium.

4. Peccatum est participando de re rapta.

rapta, vel furata per emptionem. Qui enim emit talia scienter, vel ignorantia facti crassa, tenetur restituere cum inuenerit dominum rei, vel erogare pauperibus, si illum ignorat. si etiam talia emit probabiliter existimans esse venditoris; postea sciens fuisse ablata, tenetur nihilominus Domino reddere si cognoscit, vel pauperibus res, vel pretium erogare, si non inuenit S. Ant. *2. p. tit.* 1. *cap.* 12. §. 16. Lessius *lib.* 2. *cap.* 14. *dub.* 4.

5. Peccatum est per legatum, vel hæreditationem: Intelligitur enim hæreditas deducto ære alieno. Hæres ergo, vel legatarius eius, cuius bona sunt obnoxia restitutioni, vel ex contractu, vel quasi contractu ex maleficio furti, fraudis, vsuræ, & huiusmodi, vel quasi ex maleficio omnia tenetur restituere, quæ recipit de tali hæreditate, vel legato, *extra, de vsur. c. Michael.* Lessius *lib.* 2. *cap.* 20. *dub* 20.

§. 7. *De Manus Sacrilegæ quinque digitis id est peccatis obligantibus ad restitutionem Sacrilegum.*

1. PEccatum est, cum auferuntur sacra, vt calices, paramenta, cruces, reli-

reliquiæ, & alia huiusmodi *cap. quisquis* 17. *quæst.* 1.

2. Peccatum est, quin auferuntur aliqua, & si non sacra, tamen de loco sacro, vt de ecclesia; 17. *q.* 4. *c.* Quisquis, intellige si sit res ibi posita securitatis causa alias est furtum, sed non videtur sacrilegium ex Lessio *lib.* 2. *ca.* 43. *dub.* 3. *numer.* 14.

3. Peccatum est, quando fit incendium, vel effractio in loco sacro iniuriose, tenentur etiam satisfacere, quæ inferunt alia damna ecclesiis, vel personis ecclesiasticis, vt exigendo gabellas, & pedagia. de censi. *cap. Quanquam lib.* 6. Aut imponendo collectas de immun. eccle. *cap. Aduersus*, aut faciendo represalia contra personas ecclesiasticas, *de iniur. & dam. da. cap. & si pignorationes lib.* 6.

4. Peccatum est, cum clerici malè tractant bona ecclesiarum dilapidando, indebitè alienando, in pompas, & lasciuias expendendo, consanguineos ditando 12. *q.* 2. *c. nulli*, & bona debita pauperibus, vel clericis, vel reparationi ecclesiæ subtrahendo, debent restituere. ita S. Anton. Nauarr. & alii qui tenent beneficiatos non esse dominos

fru-

fructuum sui beneficii. oppositum tamen tenet Lessius *lib.* 2. *c.* 4. *dub.* 6. *num.* 43. & alii ab eo citati.

4. Peccatum, cum subtrahuntur legata facta ecclesiis 13. *q* 2. *c* *Qui oblationes.* Vel non soluuntur decimæ, vbi consueuerunt solui, vel cum quis non est legitime in beneficiis constitutus, sed per intrusionem, vel per simoniam, vel habet aliquod impedimentum irregularitatis, tenetur enim fructus perceptos restituere, de reg. iur. *lib.* 6. *cap. Beneficium*, & de his omnibus S. Ant. 2. *p. tit.* 1. *cap.* 21. Lessius *supra.*

§. 8. *De manus iniustè Iudicantis quinq; digitis, id est peccatis obligantibus ad restitutionem Iudicem iniquum.*

1. PEccatum est, quando Iudex, seu quicunque officialis dat iniustè sententiam ex certa scientia quacunque de causa, siue odio, siue amore, siue corruptione pecuniæ, & talis tenetur de omni damno, & interesse parte læsæ. 11. *quæst.* 3. *c. quatuor.*

2. Peccatum est quando ex ignorantia crassa profert iniustam sententiam; Non enim debebat se ponere ad id, ad

quod

quod non erat idoneus cum periculo alterius; secus si deceptus consilio assessoris, qui putabatur idoneus ex malitia, vel ignorantia crassa male consulentis, tunc tenebitur assessor.

3. Peccatum est, quando ex notabili negligentia protulit iniustam sententiam, quia noluit laborare ad legendum in libris, quod potuisset inuenire, & videtur teneri, vt *cap. si culpa de iniur. & dam. da.*

4. Est peccatum, quando accipit pecuniam pro iudicando, vel non iudicando, aut male, vel bene iudicando. Talem enim pecuniam, inquit Sanctus Anton. sibi retinere non potest. Sed debet pauperibus dare, vel reddere danti. Quod certum est si pecunia fuit accepta pro ferenda iusta sententia. tunc enim fit iniuria danti. at qui accipit pro sententia iniusta, nullam infert iniuriam danti. quare non tenetur restituere. ita Lessius *lib.2. cap. 14. dub.8. num. 55. &c.*

5. Cum non vult iudicare, & dare sententiam prout potest, & debet, ne displiceat habenti iniustitiam, aut vt damnificet ius habentem, & talis tenetur, si pars postea amittat iustam

cau-

cauſam. Vel ſi remittat pœnas, vel di-minuat iniuſtè, cum non poſſet, tenetur communitati, ſi auxerit pœnam iniuſtè tenetur ei, qui ſoluit S. Thomas 2. 2. *quæſt.* 67. *art.* 4. S. Antonin. 2. *parte t.* 1. *cap.* 19.

§ 9. De manus iniqui Aſſeſſoris quinq; digitis, id eſt peccatis obligantibus ad reſtitutionem Forenſes.

1. ERgo peccatum eſt Aduocati, qui ſi ſcienter aſſumit defenſandam iniuſtam cauſam obtinens victoriam cauſæ de omni damno tenetur aduerſario, ſi clientulus non ſatisfecit, ita B. Thom. 2. 2. *quæſt.* 71. *art* 3. Si non obtinet, tenetur clientulo de expenſis, quando videlicet dixit ſibi cauſam eſſe iuſtam, alias ille non litigaſſet, ſi aſſumit cauſam iuſtam, & ex craſſa ignorantia, vel negligentia notabili perdit videtur teneri clientulo de damno ſuo. *ext. de iniur. & dam. da. c. ſi culpa.*

2. Peccatum eſt Iuriſconſulti, ſi ſcienter præſtat malum conſilium, vel fraudulentum, vnde ius habens perdit cauſam, ſiue ſit ille, cui contulit, ſiue alter tenetur de damnis inde ſecutis, ſi vero fideliter conſulit, prout ſcit, non

tene-

tenetur. *extra de reg. iur. cap. nullus ex consilio l. 6.*

3. Peccatum est Actoris, aut Procuratoris, quia accusat aliquem de falso crimine, vel petit indebitum scienter. teneturque de omni damno, quod inde recepit aduersarius, & etiam de expensis. Sanctus Thom. 2. 2. *quæst. 68. artic.* 4. Si autem verè accusat, & postea prece, vel pretio desistit, vel præuaricatur, tenetur communitati.

4. Peccatum est Rei si negat veritatem, de qua iuridicè interrogatur, & negando debitum pecuniæ tenetur actori, negando autem crimen, vnde sequitur accusatori mors, vel mutilatio, vel alia pœna, vel fatigando scienter appellationibus, vel dilationibus, tenetur satisfacere ad arbitrium boni viri.

5. Peccatum est Testis, si enim ex falso testimonio eius scienter facto, actor, vel reus incurrunt damnum aliquod iniustè, tenetur testis in solidum. *extr. de iniur. & dam. da. cap. si culpa.* Et si accipit pecuniam pro testimonio ferẽdo etiam vero, tenetur illam pauperibus erogare. 24. *q.* 5. *c. Non sanè*; Et de his omnibus S. Ant. 2. *p. tit.* 1. *c.* 19. Less. *l.* 2. *c.* 14. *dub.* 9. *n.* 65. *& c.* 30. *&* 31.

§. 10. De Manus Fraudatoria quinque digitis, id est peccatis obligantibus ad restitutionem, Venditorem, Emptorem, & gabellæ Fraudatorem.

PRimo peccatum est in rerum quidditate, dum scilicet vna substantia venditur pro alia. vt vinum limphatum, pro puro. vnum aroma pro alio, aurum vel argentum alchimicum pro puro, & huiusmodi.

2. Est peccatum in quantitate, vt cum datur mensura diminuta, vel in ponderibus, vt cum dantur 11. vnciæ pro libra, vel in vasis de vino, oleo, tritico, & huiusmodi, vel in cannis de panno laneo, lineo, & huiusmodi.

3. Est peccatum in qualitate, vt cum venditur res defectuosa, vt vinum, vel carnes corruptæ, pro bonis, animal viciosum, & claudicans pro sano, non minuendo de pretio, & multo grauius esset vendendo rem periculosam, & nociuam homini.

4. Peccatum est in prætij inæqualitate, vt cum venditur res plus iusto pretio, quam valeat scienter, vel cum multo minori pretio emitur, quam valeat, quia venditor non cognoscit

rem,

tem, vel quia ducitur maxima necessitate.

5. Peccatum est in gabellæ debitæ, vel pedagii subtractione, vt quando occultè introducit rem ad ciuitatem, vel asserit vnum pro alio, vel minoris quantitatis, vt minus soluat, hi omnes tenētur satisfacere secundum S. Thom. 2.2. *quaest.* 77. & S. Ant. 2. *p. tit.* 1. *cap.* 17. Lessium *lib.* 2. *cap.* 21. *&* 33.

§. II. *De Manus Falsificatoriæ quinque digitis, id est peccatis obligantibus ad restitutionem Falsarios.*

1. PEccatum est in ponderibus, & mensuris faciendo, vel vtēdo falsis, s. diminutis mensuris in vendendo, & mensuris excessiuis in emendo, tenetur etiã talis de damnis inde secutis.

2. Peccatum est in falsis monetis, scilicet fabricando falsas monetas, vel incidendo eas, aut falsatis, aut diminutis pro legitimis scienter vtendo, & is vltra peccatum tenetur de damnis læsis.

3. Peccatum est in Bullis Apostolicis falsatis, vel per surreptionem obtentis, cum scilicet expressum est falsum in supplicatione, vel omissum illud exprimi, quo narrato non obtinuisset; beneficium enim vel gratia sic obtenta

non valet, vnde tenetur satisfacere de emolumento per ipsas obtento.

4. Peccatum est in instrumentis, vel scripturis falsificatis, vt testamentis, in quibus scribuntur legata aliter, quam disponatur à testatore, vel scripturis, vbi apparent debita, & cassantur, & huiusmodi.

5. Peccatum est in falsis partubus, vt cum mulier concipit per adulterium, vel supponit sibi alienum partum, quæ tenetur de omnibus, quæ consumit putatiuus filius de bonis mariti, & de his, quæ vt legitimo filio ei de hæreditate relicta sint. *extr. de iniur. & dam. da. cap. si culpa.*, & de his Sanctus Anton. 2. *p. tit.* 1. *cap.* 28.

§. 12. *De manus Proditoria quinq; digitis, id est, peccatis obligantibus ad restitutionem Proditorem.*

1. Peccatum est in castris, & populis, & terris, quando scilicet quis aufert à legitimo Domino, & dat proditoriè alteri, qui ibi ius non habet, tenetur talis de omnibus damnis inde secutis.

2. Peccatum est in personis, quando quis

quis tradit Dominum suum, vel amicum in manus inimici occidendum, vel redimendum, vel impediendum à negotiis suis, & tenetur ad omne interesse.

3. Peccatum in rebus, quando quis pecunias, vel alia bona sui Domini, vel amici procurat deuenire ad manus inimicorum, aut cum associat se cum aliquo, vt ducat ad locum vbi spolietur.

4. Peccatum est, quando secreta reuelat Domini sui, vt damnificet, vel aduocatus secreta causæ, quam defendit, aduersario pandit, vt se possit defendere, & tenetur ad damna. *extr. de iniur. & dam. da. cap. si culpa.*

5. Peccatum est cum quis vtitur insidiis, non seruando promissa pacta, etiamsi essent promissa hosti, dum & ipse ei seruat fidem, & non alias. S. Antonin. 2. *part. tit.* 2. §. 14. & *tit.* 1. *c.* 22.

§. 13 *De Manu Simoniaca quinq; digitis, id est peccatis obligantibus ad restitutionem Simoniacum.*

1. PEccatum est accipere pecuniam, vel alia temporalia pro Sacramentis, aut beneficiis conferendis, vel

collatis per modum pretii, non per modum eleemosynæ, vel stipendii sustentationis, &c. & talem pecuniam retinere non potest, sed pauperibus debet erogare, vel ecclesiæ, in cuius iniuriam data est.

2. Peccatum est accipere pecuniam appreciatiuè, id est, vt pretium, non vt eleemosynam, vel stipendium sustentionis, &c. pro aliis rebus sacris, vt ecclesiis, altaribus consecratis, aqua baptismali consecrata, oleo sancto, reliquiis Sanctorum, sepulturis loci sacri, iure patronatus, ingressu religionis, & huiusmodi. talis pecunia retineri non potest, sed pauperibus eam erogare oportet, vel ecclesiæ, pro qua commissa est simonia.

3. Peccatũ est pro spiritualibus exercitiis, vt pro prædicando, orando, visitando, eligendo, confirmando, ac correctione desistendo, curam animarum exercendo, consecrando, & huiusmodi aliis recipiendo pecuniam exactiue, vel pactionaliter, vel appreciatiuè, tenetur iste pauperibus eam erogare, vel ecclesiæ in cuius iniuriam data est. Sed per modum eleemosynæ datam retinere potest sibi, si sit pauper.

4. Pec-

§. 14. *De manu Impeditoria.*

4. Peccatum est, quando accipit beneficium simplex, vel curatum, aut dignitatem simoniacè, quia tenetur resignare, & fructus inde perceptos restituere etiam consumptos, deductis expensis factis in vtilitatem beneficii illius, vel pro fructibus colligendis.

5. Peccatum est de mediatoribus ad procurandum beneficium, vel officium ecclesiasticum, vel aliquod spirituale. hi tenentur pecuniam propter hoc receptam pauperibus erogare. Hæc omnia Beatus Thomas. 2.2. *quæst.* 100. & Sanctus Anton. 2. *part. tit.* 1. *cap.* 5. *per totum.* & Lessius *lib.* 2. *cap.* 35. *dub.* 28. *& sequentibus.*

§. 14. *De Manus Impeditoria quinque digitis, id est, peccatis obligantibus ad restitutionem impedientem iniuste alium.*

1. PEccatum est, quando quis impedit aliquem à consecutione alicuius beneficii, vel officii. Atque si illud erat consecutus, & possidebat, qui iniustè procurauit ei auferri, tenetur satisfacere totum. Si nondum erat consecutus, sed in via habendi, te-

netur ad arbitrium boni viri. S. Thom. 2.2. *quæst.* 62. *art.* 4.

2. Peccatum est, quando impedit fructus prouenturos alicuius agri, vel vineæ, effodiendo semina, destruendo vineas, arbores, & huiusmodi, qui tenebitur ad quantũ existimabuntur fructus in illo dubio valituri. S. Thom. *in* 4. *d.*15. *quæst.* 1. *art.* 5. *p.* 2. tenens etiam columbarios, & non sufficienter pascendo columbos vnde damnum inferunt seminibus, vel fructibus, tenetur de damnis. Petrus *de Pa. in* 4. *d.*15. *q.* 2. *art.* 1. *in fine.*

3. Peccatum est eorum, qui faciunt statuta, vel capitula, ne vsuræ solutæ possint repeti, vel quod possint homines cogi ad soluendum. & qui iudicant secundum ea, vel etiam sine statutis, dant sententiam, quod soluantur vsuræ, vel solutæ non repetantur, hi tenentur ad restituendum, si vsurarii non restituant, impediunt enim restitutionem 11. *quæst.* 3. *cap. qui consentit,* quod est centesimum.

4. Peccatum est eorum, qui dant litteras emunitorias debitoribus iniustè, ne possint cogi à creditoribus ad soluendum eis, cum pos-

poſſint ſoluere, hi tenentur illis de illis damnis.

5. Peccatum eſt iniuſtè impedientium, nequis poſſit exequi negotia ſua honeſta, occultando inſtrumenta, vel ſcripturas, per quæ manifeſtatur ius ſuum, vel impedientium, ne quis accedat ad Iudicem Eccleſiaſticum in cauſa, in qua poteſt accedere, vbi ſibi fieret iuſtitia, vel aliter iniuſtè & malitiosè impedientium iter alicuius ad iudicium, vel ad negotia ſua, vnde recipit damnum, & de his Leſſius *libro* 2. *cap.* 12. *dub.* 18.

§. 15. *De manu Luſoria quinque digitis, id eſt peccatis obligantibus ad reſtitutionem Ludentes.*

1. Peccatum eſt, cum decipit in ludo, vt per falſos taxillos, aut cartas, aut dicendo mendacium, & ſic vincit. tenetur enim reſtituere decepto.

2. Peccatum eſt, quando vincit ab his, qui alienare non poſſunt, vt ſunt ſerui, filiifam. præcipuè pupilli, vxores, religioſi, & huiuſmodi, & hæc oportet reſtituere eis, qui habent curam illorum.

3. Peccatum eſt, quando vincit ei, quem induxit, vel traxit ad ludendum multa importunitate; cum non vellet ludere, vel volentem à ludo recedere iniuſte detinet, & tenetur reſtituere.

4. Peccatum eſt, quando vincit in locis, vbi prohibetur ludus, & per leges mandatur fieri reſtitutio, quæ nec per alias leges, nec per diſſuetudinem ſunt abrogatæ, & tunc etiam tenetur reſtituere perdenti ſecundum Sanctum Thom. *ſecunda ſecunda, quaſt.* 32. *art.* 7. Ric. *in* 4. *diſt.* 95. *circa finem,* & alios.

5. Peccatum eſt, quando vincit in locis, vbi non prohibetur ludus, vel ſi prohibetur, leges ſunt abrogatæ per contrariam conſuetudinem, & tunc debet pauperibus erogare non de neceſſitate, ſed de honeſtate, vide Sanct. Anton. 2. *parte, titulo* 1. *cap.* 23. vbi plene eſt iſta materia, & breuiter atque accurate Leſſius *libro* 2. *cap.* 26. hanc materiam tractat.

§. 16. *De manus Locationis, & Conductionis iniuſta quinque digitis, id eſt peccatis obligantibus ad reſtitutionem Locatorem, vel Conductorem.*

1. Pec-

§.16. *De manu turpiter lucratoria.*

1. PEccatum est, quando quis locat alteri rem, quam nouit vitiosam, vt equum claudicantem, vel domum ruituram, qui tenetur de damno inde secuto.

2. Peccatum est, quando nimium notabiliter exigit pretium de re locata, domo, agro, vel veste, & huiusmodi: vel quando aufert ab eo rem locatam sine causa rationabili ante tempus conuentum, & tenetur ei de damno.

3. Peccatum, quando conducit quis alium ad operandum nimis paruo pretio notabiliter, vel debitam mercedem nimis tardat dare, cum potest, vnde ille recipit damnum; vel loco pecuniæ debitæ dat sibi res, quas oportet eum vendere minori pretio, quam debet habere.

4. Peccatum est, si conductus ad opera ex festinantia, vel negligentia, non fideliter est operatus, & non bene, vnde sequitur damnum conductori.

5. Peccatum est, quando quis malè tractauit rem sibi locatam, vt domum, vel agrum permittendo destrui, vel equos, vel boues nimis fatigando, & huiusmodi. tenetur talis de

huiusmodi damnis ad arbitrium boni viri. Vasallus etiam, qui bona, quæ habet in feudum à Domino male tractat ex malitia vel negligentia, tenetur de damnis, & de his Sanctus Anton. *secunda parte, titulo primo, cap.* 15. Lessius *libro* 2. *cap.* 24.

§.17. De Manus turpiter Lucratoria quinque digitis, id est peccatis obligantibus ad restitutionem non de necessitate, sed de consilio.

1. PEccatum est lucrari ex opere carnali, vt meretricio, lenocinio, concubinatu, adulterio, & huiusmodi.

2. Peccatum ex arte; vel actu prohibito lucrari, vt ex arte mutuandi, vel faciendi taxillos, chartas, fucos, torniamenta, vel ex histrionatu turpi, vel seruiendo vsurario in numerando pecuniam ad vsuram, & scribendo, & huiusmodi, vel in faciendo diuinationes, incantationes, & huiusmodi, vel in scribendo Instrumenta in fraudem vsurarum in fauorem accipientis ad vsuram.

3. Pec-

§.17. *De manu turpiter lucratoria.*

3. Peccatum est, lucrando tempore prohibito, vt diebus festiuis emendo, & vendendo sine necessitate scribendo, vel alia opera ad lucrum faciendo.

4. Peccatum est, negociari in locis prohibitis, vt in ecclesiis vendendo, vel emendo, vel etiam mittendo ad terras Saracenorum, vel portando arma, vel lignamina, vel victualia, & quæcunque mercimonia sine licentia Papæ.

5. Peccatum est, intentione meræ cupiditatis vacare negotiationi, vel intentione introducendi caristiam; hi omnes debent acquisita pauperibus erogare; magis tamen ex honestate, & consilio, quàm necessitate. 14. *quæst, quinta. Qui habetis,* & de his S. Antonin. *sec. part. tit.* 1. *cap.* 23.

§. 18. *De Manus Detractoria quinque digitis, id est peccatis obligantibus ad restitutionem Detractorem.*

1. PEccatum est, cum quis scienter accusat aliquem de falso, qui conuictus de crimine condemnatur, talis ei tenere satisfacere non quidem

detegendo falſitatem, poſtquam eſt punitus reus, quia ſibi immineret periculum perſonæ, & illi iam punito non ſatisfaceret, ſed aliter ad arbitrium boni viri, ante punitionem autem debet detegere falſitatem, vel deſiſtere ab accuſatione.

2. Peccatum eſt, quando extra iudicium infamat aliquem de crimine, ſciens non eſſe verum, vel neſciens ſi eſt verum, quia tenetur illis, quibus dixit, declarare ſe falſum dixiſſe, niſi ex hoc ſibi immineret magnum periculum vitæ, & huiuſmodi. Nam tunc aliter prout poteſt debet ſatisfacere, ſicut etiam cum libellos famoſos ſuper crimine de eo compoſuit, vel cantilenas, quod peius eſt.

3. Peccatum eſt, quando aliquod crimen commiſſum. verè ab alio auget addendo aliquid aliud notabile, quod eſt falſum, vt cum dicit ſe, vel alium turpia colloquia, vel geſtus habuiſſe cum aliqua quod eſt verum, ſed addit etiam carnalem copulam, quod eſt falſum, vel cum alii dicunt de eo turpitudinem cum aliqua agere, & tacet ſtudioſe, vel aliqua ſigna facit, vt credant verum eſſe, quod non

eſt,

est, & talis, tenetur ad declarandum falsum esse.

4. Peccatum est, cum dicit aliquod crimen alterius referens se audiuisse, quod occultum est, & ignoratur, an sit verum, & talis quomodo debeat satisfacere habes in Sanct. Anton. *secunda parte, cap.* 2. §. 3. & Lessius *lib.* 2. *cap.* 11. *dub.* 5.

5. Peccatum est, cum dicit crimen alterius verè perpetratum, sed occultum, & talis debet etiam famam restituere prout potest, vel etiam cum dicit contumeliam in præsentia aliorum, & talis debet petere veniam, vel aliter se reconciliare cum eo, cui dixit contumeliam, & præterea debet ab eis qui præsentes erant, auferre malam opinionem de eo. Lessius *supra dub.* 20. *num.* 109. *& dub.* 27.

§. 19. *De Manus personæ Læsoria quinque digitis, id est peccatis obligantibus ad restitutionem Offendentem in vita aliquem.*

PRimo peccatum est, auferendo vitam, occidendo alium iniuste, id est, extra iudicium ordinarium, & non in defensionem cum inculpata tutela, & talis tenetur de damno inde secuto.

2. Pec-

§. 19. *De manu persona Lesoria.*

2. Peccatum est, mutilando membrum iniuriosè, & tenetur de expensis in medicis, & medicinis, & de lucro perdito, si ex mutilatione non potest laborare.

3. Peccatum est, in vulnerando, vel percutiendo iniustè, sicut tollendo, sospitatem, & tenetur ad damna ei secuta.

4. Peccatum est, in carcerando, & sic tollendo ei libertatem, quod faciendo absque causa rationabili tenetur de damno, quod inde sequitur: secus si facit, quia est ei debitor, vt sibi citius soluat.

5. Peccatum est, cum mittit in exilium, vel confinium iniustè, & per hoc aufert ei patriam. Et omne damnum quod inde recipit (quod communiter est multum) tenetur ei satisfacere. S. Antonin. 2. *part. tit.* 2. §. 2. Lessius *lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 19.

§. 20. *De Manus Animarum Prædatoria quinque digitis, id est peccatis obligantibus ad restitutionem Offendente aliquem in anima.*

Primo

PRimo peccatum est, quando volentem ingredi religionem ad seruiendum Deo aliquis reuocat, vel iam ingressum persuadendo educit, tenetur hic illum reducere quantum in eo est, vel se, vel alium ponere in religione. secundum Pe. de Pa. *in 4. d. 15. quæst. 2, art. 2.* Si tamen id fecit siue vi, & fraude non tenetur ex iustitia Religioni quicquam restituere, sed tantum ex æquitate Lessius *lib. 2. cap. 8. dub. 3.*

2. Peccatum est, quando quis persuaderet alicui aliquod criminale blandiendo, vt decipiatur. Et multo magis quando quis aufert alicui virginitatem extra matrimonium, & debet ducere in vxorem, vel dotare, si potest, & indiget, ita S. Anton. Si tamen puella libere consensit, ad nihil tenetur, si nihil promisit, si vero vi, vel fraude vsuram corporis extorsit, etsi absque promissione, tenetur, vel eam sibi matrimonio copulare, vel damnum reparare. Lessius *libro 2. cap. 10. dub. 2.* Nau. *cap. 16. numer. 18.* &c.

3. Peccatum est, quando quis suo sermone trahit ad errorem fidei, vt faciunt hæretici dissеminantes falsam doctrinam, & hi tenentur reuocare.

4. Pec-

4. Peccatum eſt, cum prælati, vel patres familias ex ſua negligentia permittunt gregem ſuum perire non corrigentes, nec admonentes. & multo plus cum ſuis malis exemplis eos ad mala prouocant. tenentur enim eos corrigere. 2. q 1. c. *ſcelus*.

5. Peccatum eſt, cum homines ſuis prauis actibus alios ſcandalizant, vel mulieres ſuis ornatibus, & tripudiis, vel aliis ludis, riſibus, blaſphemiis. & hi debent ſatisfacere pœnitentia, & bonis actibus ædificando, quos prius ſcandalizauerunt. S. Ant. 2. *par. tit*. 2. *capit*. 1. §. 22.

F I N I S.





